



Staats- und  
Universitätsbibliothek  
Bremen

# **Staats- und Universitätsbibliothek Bremen**

**Digitale Sammlungen**

## **Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica Classis ...**

**Brauer, Hermann Brauer, Hermann**

**Bremen, 1725**

**urn:nbn:de:gbv:46:1-7560**

# BIBLIOTHECA

*Historico - Philologico-*

## THEOLOGICA.

*Classis Octavae*

### FASCICULUS TERTIUS.



BREMÆ,

---

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ GRIMMII,

---

Typis HERMANNI BRAUERI, MD CCXXV.

VIRO

*Celeberrimo, maxime re-  
verendo, atque eru-  
ditissimo*

OTHONI  
VERBRUGGE,

Sublimioris disciplinae  
Doctōri, ejusque ut & lingua-  
Orientalium Professore in incluta  
Academia Groningo-Omlan-  
dica Ordinario dignissi-  
mo, meritissimoque,

Omnis rarioris sublidiorisque  
doctrinae copiis instru-  
ctissimo

Quin-

*Quintum hunc supra quadrage-  
simum*

# BIBLIOTHECAE

H V J V S

FASCICVLVM

inscriptum, consecratum-  
que esse vult, ut voluntatem illi  
suam declaret publice,  
sitque ille perpetuum

animi obsequentis & impensissi-  
me addicti pignus atque  
tessera,

EDITOR.

Ecee

Ecce tibi, B. L. hujus fasciculi summam.

- I. *Car. Friderici* KRUMBHOLTZII de nexu verborum *ἔως ἐν τῷ αἰγίῳ* Matth. XXIV: 15. exercitatio p. 361.
- II. *Jo. Christ.* HARENBERGII *Christus Galatis ob oculos delineatus* Galat. III: 1. p. 386.
- III. *Ejusdem* de cribratione, quam *Satanas* Apostolis paravit ad verba Christi Luc. XXII: 31. 32. meditatio p. 414.
- IV. *Justini Martini* GLAESNERI de origine vocis *MUSULMANNI* conjecturae. pag. 441.
- V. *Andreae* RITZII de Origine vocis *Osterni* qua Germani *Paschatos* festum indicant, cogitationes p. 449.
- VI. *Theodori* HASAEI de Saxonum idolo *OSTERA* Observatio p. 475.
- VII. *Irenaei* BIBLIOPHILI ad Theod. Hasaeum de quibusdam historiae de *Johanna Papissa* scriptoribus epistola p. 498.
- VIII. Recensio libri Germanici Romae 1499. impressi, in quo cum alia memorabilia, tum testimonium notabile de *Johanna Papissa* occurrunt p. 526.



יהוה בדר עזרתינו :

I.

CAR. FRID. KRUMB-  
HOLZII,

Exercitatio

de

*Nexu verborum* ἐξῶς ἐν τόπῳ ἀγίῳ

Matth. XXI V. 15.

adversus V. C.

GEORG. LUDOVIC. OEDE-  
RUM.

ARGUMENTUM.

Cel. Hombergii nec non Cl. Oederi circa nexum  
verborum ἐξῶς ἐν τόπῳ ἀγίῳ sententia singularis  
§. 1. Instituti ratio §. 2. Per τὸ βδέλυγμα τῆς  
ἐρημώσεως Romanorum innui exercitum Cl. Oe-  
dera

Class. VIII, Fasc. III,

A a

dere

dero conceditur, & contra Cel. Lampium defenditur §. 3. Removentur, quas ille contra usitatam verborum dictorum cum antecedentibus constructionem movet, difficultates §. 4. 5. 6. 7. τόπον ἁγίον universam denotare posse Judæam, & præpositionem ἐν hoc loco sumi pro παρὰ, *adjuxta, prope*, probatur §. 8. Ἔως hic non est nominativus masculini; sed potius pro ἐσθός §. 9. Verborum דַּמִּישׁוֹן דַּמִּישׁוֹן דַּמִּישׁוֹן דַּמִּישׁוֹן Dan. IX, 27: sensus genuinus. Christus huc, respiciens versionem LXX, ob oculos habuit §. 10. Quare quondam Romanorum exercitui nefas fuerit in terra Judæorum castra locare, ad solvendum dubium e Marc. XIII, 14. petitum, indicatur §. 11. Adferuntur rationes, quæ obstant Oedero voces ἐσθός ἐν τόπῳ ἁγίῳ cum sequentibus copulanti §. 12. 13. 14. 15. 16. Scilicet ei obstare demonstratar interstitia verborum atque distinctiones §. 17. Usus eorundem ac significationem §. 18. Dicentis scopum & intentionem §. 19. Locum Marc. XIII, 14. §. 20. Nec non Luc. XXI, 20. §. 21.

## §. I.

**M**agno semper consensu, qui litteris sacris interpretandis suam addixere operam, verba ἐσθός ἐν τόπῳ ἁγίῳ *Matth. XXIV, 15.* ad antecedentia, & quidem ad τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως retulerunt, pro certo habentes, hoc sibi velle optimum Servatorem: fore aliquando, ut istud scilicet τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, juxta vaticinium DANIELIS in loco conspiciatur sancto. Primus,

mus, ni fallor, JO. FRID. HOMBERGIUS,  
 Vir juris non modo, sed litterarum quoque  
 græcarum Consultissimus, a communi &  
 plerisque recepta huc usque sententia disces-  
 sit. Ille nimirum (a) voces ἐς ὧς ἐν τόπῳ ἁγίῳ  
 jungi posse putat vel cum proxime sequenti-  
 bus ὁ ἀνεργασίων νοεῖτω, ut sensus sit: qui-  
 cunque stat in loco sancto, & hæc legit, mentem  
 advertat; vel cum iis, quæ commate demum  
 XVI. sequuntur; quasi hoc diceret Christus:  
 quando videritis abominandam illam vastationem,  
 quæ dicta est à Daniele, propheta, tunc ille, qui  
 stat in loco sancto, (lector mentem advertat!)  
 & illi, qui sunt in Judæa, fugiant in montes, ce-  
 tera. Doctissimum HOMBERGIUM non  
 ita pridem alia licet via sequutus fuit elegan-  
 tis ingenii Vir, GEORG. LUDOV. OEDERUS  
 qui non infelicem oraculorum divinorum se  
 esse interpretem, variis in loca quædam  
 utriusque fœderis difficiliora observationi-  
 bus luculentis docte comprobavit. Hic sci-  
 licet (b) interpunctionem verborum atque  
 distinctionem majori, quam par erat, auda-  
 cia immutans, & dictiones ἐς ὧς ἐν τόπῳ ἁγίῳ  
 cum proxime sequentibus ὁ ἀνεργασίων νο-  
 εῖτω arcto nexu copulans, hanc nobis loci,  
 de quo disceptamus, suppeditat explicatio-  
 nem: *quum videritis igitur abominabilem rem*

A a 2

de.

(a) Parerg. sacr. p. 69. sq.

(b) Miscell. Lips. Tom. XII. Observ. CCXLI. s. 7.  
 p. 122.

desolantemque, de qua dictum est a Daniele, propheta, (qui in loco sancto stat lector animadvertat!) tunc, qui in Judæa sunt, fugiant ad montes, reliqua. De Judæorum vero lectoribus publicis, qui quondam singulis Sabbathi diebus Mosen atque prophetas populo prælegebant, sermonem esse credit Vir doctus. Isti nimirum ut ad vaticinii Danielis sensum probe attendentes de instanti gentis ac republicæ Judaicæ πανωλεθρία auditores serio commonefacerent, servatorem velle defendit.

§. 2. Hautquaquam sane antiquitatis præjudicio, quod dicitur, ita sum occæcatus, ut cuncta veterum placita mordicitus defendere sustineam. At vero neque novitatis studium adeo meum occupavit animum, ut sententiam plurimorum, qui & ante nos vixerunt, & adhuc hodie vivunt, calculo adprobatam temere ac sine causa satis idonea deserendam esse censeam. Proinde, quum neque HOMBERGIUS neque OEDE-  
RUS magnas mihi ac necessarias causas ab usitato vocum, quæ in controversiam veniunt, nexu recedendi, attulisse videantur: illi vero & alii viri eruditione præstantes, & inter eos maxime GOTTOFR. OLEARIUS, vir laude mea major (c) se opposuerint, ejusque fortiter profligaverint copias; adversus hunc ego in aciem prodire, quæque mihi  
circa

(c) *Observat. ad Matth. Obs. LXXIII. p. 686. sq.*

circa novam ipsius verborum Christi constructionem juxta & interpretationem oborta fuerint dubia, candide jamjam ac simpliciter indicare decrevi. Quo minus autem inordinata sit acies, Viri non indocti vestigia premens initio difficultates, quas iis, qui voces ἐσὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ ad τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως respicere putant, obstare contendit, studiosus paullo atque curatius expendam, eas non admodum magni esse ponderis, ut omnibus manifestum fiat, operam daturus. Deinceps, quæ ipsius rationibus obsint, aut quare illud ἐσὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ cum verbis proxime sequentibus conjungi nequeat, dilucide demonstrabo.

§. 3. Antea vero, quam OEDERUS noster sua nobis proponit dubia, quæ ipsi de communissima illa dictionum, de quibus omnis hæc lis est, connexionione in mentem venerunt; illud, ceu dudum a multis iisque doctissimis viris abunde probatum, pro certo sumit: (d) τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, (id quod dicendi genere sacris atque profanis scriptoribus admodum familiari (e) pos-

Aa 3

tum

(d) l.c. §. 1. p. 116.

(e) Scilicet sacri pariter & profani scriptores duo non raro inter se copulant substantiva, quorum alterum deinde adjectivi vicem sustinet, & quidem cum emphasi. Sacrorum scriptorum loca, in quibus istud dicendi genus occurrit, collegere

SAL. GLASSIUS *Philol. Sacr. Lib. III. Tract. I. Can.*

tum pro ἐρημώσει βδελυκτῆ, rectius redderetur  
 devastatio abominanda, die greuliche Verwü-  
 stung / ) (f) nihil aliud esse, quam exercitum  
 Romanorum urbem sanctam obsidione cingentem.  
 Quamvis igitur ista non omnibus probetur  
 sententia, nec pauci hic in diversum ab-  
 eant; ego tamen eandem quam proxime  
 ad verum accedere nunquam non credidi.  
 Scilicet id ipsum; quod MATTHAEO est

Can. VIII. p. m. 398. sq. Edit. Jen. 1668. WOLFG.  
 FRANZIUS de Interpretat. Sacr. script. p. m. 778.  
 Ed. 1634. Profanos vero quod attinet, videri pot-  
 est PFOCHENIUS de puritate gr. linguae N. T.  
 §. 42.

(f) Equidem C. V. GERHARDUS OUTHOVIUS  
 Bibl. hujus Class. III. Fascic. IV. n. II. p. 637. adver-  
 sus HOMBERGIUM jam antea laudatum dispu-  
 tans, τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως per ipsam deso-  
 lationem horrendam totius Hierosolymae & templi ex-  
 poni posse negat; quum signum desolationis bene  
 distinguendum sit ab ipsa desolatione urbis & templi.  
 Verum hæc nihil ad nos. Licet enim τὸ βδέ-  
 λυγμα τῆς ἐρημώσεως per devastationem abomi-  
 nandam sive horrendam reddi debere contendam;  
 minime tamen per eandem ipsam urbis ac templi  
 deletionem, sed potius Romanorum intelligo ex-  
 ercitus. Hunc carissimus Servator βδέλυγμα  
 τῆς ἐρημώσεως, seu ἐρήμωσιν βδελυκτῆν, deva-  
 stationem horrendam dicit ab effectu: quia certo  
 certius fore prævidebat, ut iste totam terram Ju-  
 daicam, ejusque inprimis caput ferro & incendiis  
 horrendum in modum devastaret, ac solo penitus  
 æquaret.

τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, divus LUCAS  
 (g) τὰ σχολόπεδα disertè dicit; argumento  
 certissimo, per istud nil, nisi Romanorum  
 innūi exercitum cuncta per totam  
 terram Judaicam late vastantem. Li-  
 benter equidem istius argumenti vim ener-  
 varet Vir longe Celeberrimus, FRIDERI-  
 CUS ADOLPHUS LAMPIUS; inde (h)  
 nobis persuadere conatur, salvatorem duo si-  
 gna temporis, quo fugiendum erat ex urbe, con-  
 junxisse, quorum unum, quod Judæos spectabat,  
 a Daniele prædictum MATTHÆUS, alterum,  
 quod magis ad gentes pertinebat, LUCAS scripto  
 conservare voluerit. Ipsi quidem id tatius lon-  
 ge videtur statui posse, quum LUCAS in hac ipsa  
 concione etiam alia apud MATTHÆUM memo-  
 rata prætereat, & à MATTHÆO prætermiſſa  
 suppleat. Verum enim vero ut taceam, non  
 satis esse firmum, cui Vir cetera doctissimus  
 innititur, fundamentum; in eo etiam falli-  
 tur ille, quod, (i) per obsidionem istam,  
 de qua Christus apud LUCAM agit, non  
 intelligi postremam Vespasiani, sed prio-  
 rem Cestii, contendit. Optimus enim  
 humani generis servator apud LUCAM,  
 (id quod ex tota orationis serie, rebusque,  
 quæ circumstant, omnibus perspicue patet,)

A a 4

de

(g) Cap. XXI. Com. XX.

(h) Bibl. hujus Class. III, Fasc. VI, n. II. §. XXXIX.

p. 1034.

(i) l. c. §. XL.

de signo excidium verbis proxime antecessuro verba facit. Sane profecto omnibus ac singulis in terra Judaica commorantibus, præcipue sectatoribus suis atque discipulis, non modo auctor est, ut eo conspecto in fugam se ocyus conjiciant; sed & fato mulierum, quæ tum temporis vel uteri gravitate, vel infantibus adhuc ubera sugentibus, impedirentur, quominus celerrima fuga imminentibus se subducere possent calamitatibus, graviter & ex animo ingemiscit. Exinde, si quid judico, liquet aperte, apud LUCAM quoque de signo, quod Hierosolymorum quam proxime anteverteret excisionem, agere servatorem. Id vero neutiquam fuit prior Cestii obsidio; quippe quæ, ut ipse Cel. LAMPIUS (k) fatetur, illam Vespasiani, quam demum urbis ac templi ultimus interitus excepit, sex integros annos antecessit. Quid? quod Cestius ille, si quidem vera sunt, quæ JOSEPHUS (l) habet, ex una urbis parte alteram oppugnavit tantummodo; nequaquam vero justa eandem cinxit obsidione.

§. 4. Nullum proinde restat dubium, quin τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως sit Romanorum exercitus, qui sub Tito Vespasiano totam regionem Judaicam ferro & incendiis devastavit,

(k) l. c. p. 1035.

(l) De bello Jud. Lib. II. Cap. XXIV. p. 819. seq. Edit. Colon. 1691.

stavit, ejusque inprimis caput funditus delevit. Sed quid inde? Num forte istud idcirco cum verbis *ἑσῶς ἐν τόπῳ ἁγίῳ* jungi nequit? Ita sentit cum HOMBERGIO noster OEDERUS. Causam quaeris? Est, inquit, (m) ut arbitror, valde clarum, *τόπῳ ἁγίῳ* vel locum, ubi sacri cœtus aguntur, e. g. templum aut synagogam, vel certe urbem Hierosolymitanam denotare posse, minime vero universam Judæam. Atqui neutiquam tamdiu fugam dfferre debebant pii, dum Romani in urbe expugnata aut in templo constitissent; sed simul ac peti terræ Judææ metropolin obsidione observassent, maturare eandem jubebantur. Est hæc prima difficultas, quam Vir doctus iis, qui τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως cum verbis *ἑσῶς ἐν τόπῳ ἁγίῳ* cohærere ajunt, opponit. Sed eam ego levioris paullo ponderis esse censeo. Initio enim adhuc sub judice lis est, utrum τὸ πᾶν ἁγίον templum tantummodo aut synagogam, vel urbem duntaxat Hierosolymitanam designet; & annon omnis illa terra, quam summi numinis jussu Moses ac Josua Ebræorum genti distribuere per sortem eodem veniat nomine. Certe supremus DEI filius Josuæ, Israelitarum duci, sub hominis forma in confiniis urbis Hiericho adparens, cumque eo verba faciens, ista quoque (n) locum sanctum diserte dicit. *Quamvis etiam*

Aa 5

alia

(m) l.c. §. 2. p. 117.

(n) Jos. V, 15.

alia terræ Israelis loca aliis haberent sanctiora veteres Judæi: totam tamen sanctam esse contendebant, reliquisque terris omnibus præferebant. (o) Idque non immerito, siquidem DEUS olim sanctissimus, in eadem peculiari quodam modo præsentem esse se, multis editis signis atque prodigiis luculente declarabat. Adparet igitur, non adeo clarum esse, veluti Vir non indoctus sibi persuadet, τὸ πᾶν ἅγιον templum tantummodo aut synagogam vel urbem duntaxat Hierosolymitanam denotare posse, minime vero universam Judæam. Pone tamen, esse id ipsum oppido manifestum: receptæ quidem circa nexum verborum, quæ in controversia versantur, sententiæ hautquaquam fraudi erit. Etenim præpositio EN, uti Ebræorum particula ם (p) haut raro sumitur pro πρὸς, ad, juxta, prope. Sic Christus (q) non modo EN δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, AD dextram DEI sedere; sed & (r) leprosum quendam EN μιᾷ τῶν πόλεων, AD seæ prope unam, non IN una urbium obviam habuisse dicitur. Nimirum ex legis præscripto (s) extra muros civitatum & ab hominum

(o) Vid. *Cod. Kelim Cap. I. §. 6. & Hieros. Sebekalim fol. 47. 4.*

(p) *Jos. V. 13. X. 10. Jud. XVIII. 2* Plura qui vult, ad-  
eat NOLDIUM in suo de *particulis Ebræorum* li-  
bro ad Litt. 2.

(q) *Coloss. III. 1, Ebr. I. 3*

(r) *Luc. V. 12.*

(s) *Levit. XIII. 46.*

minum consortio remoti vivere cogebantur lepra infecti. Huc etiam egregie facit illud XENOPHONTIS : (t) Ἡτλημένῳ μὲν ἘΝ Λακεδαιμόνι σὺν πολλῷ ὀπλιτικῷ ὑπ' ἐλίγων, ἠτλημένῳ δὲ ἘΝ Μαντινείᾳ ἰππομαχίᾳ, i. e. *Ad Lacedaemonem cum multo gravis armatura pediatu a paucis victus, iterum AD Mantineam equesstri pugna superatus est.* Pluribus sane hujusmodi locis ista propositionis EN notio confirmari posset, si quidem id opus foret. Sed ex jamjam allatis liquido patet, eandem quandoque idem significare, quod *παρὰ, ad, juxta, prope.* Atque hoc ipso in sensu etiam nostro in loco accipitur illa. Quum enim summus salutis nostrae auctor : ὅταν, inquit, ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, ἕως ἘΝ τῷ ἁγίῳ, τότε κ. τ. λ. hoc ille vult dicere : *si quando videritis exercitum populatorem, AD locum sanctum, sive AD mœnia urbis Hierosolymitanæ castra locantem, tunc, cetera.* Hanc esse ipsissimam servatoris mentem, testis est omni exceptione major Divus LUCAS. Hic scilicet loco sæpius citato DEI filium suos de signo temporis, quo fugam capeffere deberent, commonentem, ita loquentem inducit : ὅταν δὲ ἴδητε κυκλαμένην ὑπὸ σπασπέδων τὴν Ἱερουσαλήμ, τότε κ. τ. λ. *quando videritis Hierosolymam exercitibus cinctam, sive quod idem est : quando videritis exercitum quendam AD urbem Hierosolymitanam castra locare, ac mœnia ejus-*

(t) Ἑλληνικ VII. p. 645.

dem corona cingere, tunc reliqua. Exinde, nisi me omnia fallunt, sole meridiano clarius liquet, præpositionem *ἐν* apud MATTHAEUM in loco controverso non posse non reddi per *ad*, *juxta*, *prope*. Quod quum ita se habeat, cessat omnino difficultatum prima, quas nobis objecit Vir doctus.

§. 5. Age igitur, pergamus ad decretorium, quod dicit, *argumentum*, quodque ipsi omnem exceptionem respuere videtur, paullo curatius examinandum. Id vero illi præbet ipsa vox *ἐς*, quæ, ni Grammaticos omnes de ponte dejicias, canonesque tam diuturna experientia firmatos convellere volupe sit, cum voce *βδέλυγμα*, (si quidem ei (u) fidem habemus,) profecto construi nequit. Equidem non ighoro, HOMBERGIUM quoque, cujus jam antea cum laude meminimus, (x) in ea esse opinione, participium *ἐς* ob difficultates grammaticas omnibus notas & manifestas cum voce *βδέλυγμα* conjungi non posse: attamen subit mirari, Virum, qui ex muneris ratione in regulis grammaticis juventuti scholasticæ tradendis fere totus occupatur, in eundem incidisse errorem. Optime scilicet istud *ἐς* cum voce *βδέλυγμα* potest construi, nec opus est ideo, ut vel unus Grammaticorum de ponte dejiciatur, aut lex quædam grammatices abrogetur. Facili

con-

(u) l. c. §. 3. p. 117.

(x) Loco supra citato.

conjectura adsequi possum, quid ad hæc OEDERUS noster sit dicturus. Quid ais? inquiet vultu ad severitatem composito. Nonne τὸ βδέλυγμα neutrius est generis; ἐσῶς vero masculini? Nonne τὸ βδέλυγμα positum est in casu ad accusativo; ἐσῶς contra in nominativo? Quid ergo? Tunc dictiones istas & casu & genere diversissimas salvis Grammaticorum præceptis conjungi posse adfirmas? Abi, hominum ignarissime, teque pædagogo cuidam in disciplinam trade, ut prima grammatices elementa te doceat. Bona verba quæso! Voces quidem sæpius memoratæ nec genere, nec casu inter se differunt. Neque enim illud ἐσῶς hoc in loco est nominativus masculini, sed potius æque ac τὸ βδέλυγμα accusativus neutrius generis, positus pro ἐσηκός. Quippe Jones, (id quod e PASORIS, WELLERI, aliorumque istiusmodi Cl. Virorum libellis constat grammaticis,) κ. inter duas collocatum vocales, maxime in præteritis in ηκα tollunt, atque penultimam corripiunt η mutando in α; in participiis vero deinceps Attici α & ο contrahunt in ω. Hinc est μεμῶς; μεμῶσα, μεμῶς, pro μεμηκῶς, μεμηκυῖα, μεμηκός, βεβῶς; βεβῶσα, βεβῶς, pro βεβηκῶς, βεβηκυῖα, βεβηκός, γεγῶς, γεγῶσα, γεγῶς, pro γεγηκῶς, γεγηκυῖα, γεγηκός, ἐσῶς, ἐσῶσα, ἐσῶς, pro ἐσηκῶς, ἐσηκυῖα, ἐσηκός. Ex istis, si recte rationem subduco, liquet aperte, dictionem ἐσῶς cum voce

voce *βδελουγμω* salvis Grammaticorum legibus construi posse, adeoque *decretorium* illud *argumentum*, quod omnem OEDERO nostro exceptionem respuere videtur, plane nullum esse.

§. 6. Sed amplius instat Vir doctus, utque voces *ἐς ὧς ἐν τόπῳ ἁγίῳ* ad antecedentia neutiquam esse referendas, evincat; *abominationem desolationis in loco sancto conspicuam fore*, a DANIELE, propheta, prædictum esse (y) negat. Idque non sine omni veritatis specie. Nusquam scilicet apud eundem discretis id ipsum legitur verbis. Non quidem nescio, hæc ejus verba: *כְּעַל הַיְיָ (z)* *כְּעַל הַיְיָ* citare nonnullos, perinde ac si vates divinus per *כְּעַל הַיְיָ* *templum* designaret *Hierosolymitanum*. At enim non pensi habent sententiæ istius patroni, quod noster quoque OEDERUS recte observat, *כְּעַל הַיְיָ* hic non esse simpliciter & absolute positum; sed cum vocabulo *כְּעַל הַיְיָ* nexu arctissimo constructum. Quis vero crederet, per *כְּעַל הַיְיָ* *alam abominationum* seu *abominandam* innui templum DEO T.O.M. sacrum. Equidem FRID. ADOLPHUS LAMPIUS, cujus supra honorificam fecimus mentionem, illud, utpote foedissima, si eum audimus, idololatria inquinatum, (a) *emphaticis*

(y) l. c. §. 5. p. 119. seq.

(z) Ex cap. IX. comm. XXVII.

(a) l. c. §. XXXIII. p. 1026.

tice *alam abominationum* vocari contendit. Sed frustra. Sub templo enim secundo, maxime, quum Christus in hoc terrarum orbe versaretur, Judæi non sibi solum sedulo cavebant, ne sanctissimam DEI domum cultu profanarent idololatrico; verum etiam, quominus ab aliis id fieret, manibus pedibusque obnixè omnia faciebant, id quod ex ævi istius historia nullo probari posset negotio, ni quidem istud jam antea plerisque notum esset & manifestum. Quod autem ad *mysticam*, de qua Cel. LAMPIUS (b) dicit, *idololatriam* attinet, a qua gentem Judaicam servatoris tempore non penitus fuisse immunem, ambabus largior: ea vero sanctitatem templi neutiquam temerare potuit; quippe quæ rectis aut pravis Judæorum de DEO opinionibus, eorumque probitate vel improbitate neque stabat, neque cadebat. Hinc quoque templum Hierosolymitanam titulo tam probroso nunquam dedecorarunt viri divinitus acti, nec eo quidem tempore, quò superstitione non tantum, sed & omni flagitiorum genere vel maxime contaminatus erat populus Judaicus. Certe vates divinus, de cujus verbis & pugna, etiam hoc ipso in capite, de quo sermo est, nunc מקדש *sanctuarium*, nunc הקדש *sanctum ipsum*; nusquam verò כנף שקוצים *alam abominandam*, illud ad-

pel.

(b) l. c. §. XXXIV. p. 1027. sq.

pellitat. Et qua quæso ratione Vir eruditissimus sibi persuadere potest per τὸ ἁγίον **ד'קו'ש** *alam* sive *rem abominandam* in loco DANIELIS allegato templum intelligi Hierosolymitanum, quod ex ipsius sententia (c) optimus humani generis servator istud exponens quasi, τόπον ἁγίον, *locum sanctum* dicit? Anne vero *locus sanctus* & *ala* seu *res abominanda* sunt unum idemque? Nonne toto inter se differunt cælo? Rebus igitur omnibus rite ponderatis, rectius omnino sentire mihi videntur, qui de *alis* sive *legionibus Romanorum* Judæis ob idololatriam eorum atque sævitiam vel maxime abominandis, istud **ד'קו'ש** ἁγίον accipientes, verba DANIELIS superius allegata cum JUNIO ac TREMELLIO hunc in modum interpretantur: *atque legionibus abominandis præerit*, ceu summus militiæ dux, *vastator*, Titus scilicet Vespasianus, qui totam regionem Judaicam ferro & incendiis late vastavit, ejusque inprimis caput funditus evertit. Id saltem ex hæctenus dictis liquido adparet, non illud innuere memorata DANIELIS verba: *abominationem desolationis in loco sancto fore conspicuam*, adeoque nullum omnino restare locum, e quo, vatem divinum disertis id prædixisse verbis, ostendi queat. Quid igitur consilii? Hac scilicet ratione difficultas, quam nobis opponit

OEDE

(c) l. c. §. XXXVI, p. 1029.

OEDERUS noster non tollitur, sed potius augetur: & ille non sine causa ab iis, qui verba *ἕως ἐν τόπω ἁγίῳ* ad antecedentia referunt, discessisse videtur. Sed salva res est. Quippe jam pridem excellentis doctrinae Viri (d) observarunt, Christum ejusque legatos dicta veteris instrumenti allegantes versionem LXX. Senum, Judæis istius temporis, quibus lingua ebraica non amplius erat vernacula, valde familiarem, ob oculos ut plurimum habuisse. In eo quidem, de quo nunc controvertitur loco, id factum esse, res ipsa docet. Quando enim carissimus Servator suos de signo instantis excidii Hierosolymorum commonefaciens: *ὅταν*, inquit, *ἴδῃτε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ρηθὲν διὰ Δανιὴλ τῶν προφητῶν, ἕως ἐν τόπω ἁγίῳ*, ipsissima interpretum Alexandrinorum verba ex parte repetit, quippe qui Dan. IX: 27. iisdem fere verbis: *καὶ ἐπὶ τὸ ἱερόν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων ἔσται.* Quamvis igitur hæc ita se habeant; minime tamen existimare debemus, omnino non prædixisse DA-

Class. VIII. Fasc. III.      Bb      NIE-

(d) JOAN. LIGHTFOOT *Horis Ebr. & Talmud. ad Luc. II. 36. p. m. 755. Edit. Lips. 1675.* WOLFG. FRANZIUS *de Interpret. Script. S. p. m. 31.* JOAN. HENR. MAJUS *Exam. Hist. Crit. N. T. Cap. XX. §. 4. p. m. 259. sqq. Ed. 1708.* IOAN. HENR. MICHAELIS *Dissertat. de Usu LXX. Interpretum in N. T. §. VI. & VII. p. II. sqq. Ed. 1709. It. Dissertat. de Textu N. T. græco §. XXIIX. p. 48. sq.*

NIELEM, prophetam, fore aliquando, ut devastatio abominanda seu Romanorum exercitus in loco conspiciatur sancto. Quid enim? Nonne loco citato agit ille de πανωλεθρία urbis ac templi Hierosolymitani, quod Sanctum καὶ ἐξοχὴν dicebatur? Nonne disertis commate XXVI. denunciat verbis: Christo seu Messia sublato populum principis venturum urbemque ac sanctuarium funditus eversurum esse? Quid ergo? Numquis amplius dubitari potest, a DANIELE, propheta, devastationem abominandam in loco sancto seu prope mœnia urbis Hierosolymitanæ quondam fore conspicuam, fuisse prædictum? Nolim credere. Enimvero necessum erat, ut ad mœnia urbis accederet, ibique castra collocaret antea Romanorum exercitus, a Salvatore per metonymiam effectus pro causa devastatio abominanda dictus, quam capere eandem ac solo æquare posset.

§. 7. His ita demonstratis venio tandem ad dubium ultimum, quod iis, qui voces εἰς τὸ πῶς αἰγίω cum antecedentibus jungendas esse defendunt, movet vir doctus. Id ei suppeditat divus MARCUS, utpote qui (e) pro verbis εἰς τὸ πῶς αἰγίω, legit ὅτι εἰ δὲ, ubi non oportet, sive non decet. Ista enim de Romanorum exercitu, (quem per τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως innui, ex supra dictis manifeste constat,) exponere velle, non satis ipsi

(e) Cap. XIII. comm. XIV.

ipſi commodum eſſe videtur & aptum eo, quod nullam adferri poſſe putat cauſſam idoneam, quare nefas fuerit iſti ſtare in loco ſancto ſeu terra Judæorum. Eum vero, inquit, (f) in terra Judaica conſiſtere cur non oportuit? An, quod Judeos Chriſticideſ, & toties rebelles impugnare, domareque Romanis faſ non eſſet, a quibus nefarie defecerant Judæi? Aut, quod DELIS perdi ac deleri populum ſcilicet ſuum, nequiſſimam gentem nollet? Minime gentium. Nihil horum obſtitit, quominus olim Romanorum copiis faſ fuerit in regione gentis Judaicæ caſtra metari. Quam igitur ob rem id eis non licuit? Dicam TIBI, Vir Cl. ſi modo ignoras. Idolorum cultui quondam addicti erant Romani, gentium domini; unde in caſtris eorum aquilæ fulgebant & ſigna, Imperatorum aliorumque virorum principum in divos relatorum pictis diſtincta imaginibus ac ſimulacris, quæ milites ceu numina legionum Deoſque bellorum adorabant, ac cultu proſequebantur religioſo, id quod ex Suetonio, Tacito, aliisque auctoribus fide dignis egregie confirmat Vir ſummus, HUGO GROTIUS. (g) En TIBI, Vir Clariffime, cauſſam, eamque genuinam, propter quam Romanorum exercitui olim minime faſ fuit in terra Judaica, & quidem ſub ipſis mœnibus urbis ſanctæ

Bb 2

ponſ-

(f) l. c. §. 10. p. 125. ſeq.

(g) *Obſervat. ad Matth. XXIV. 15.*

ponere castra. Quippe nolebat omnium rerum præpotens DEUS, cui sacra erat tota Judæorum regio, ut in eadem imagines conspicerentur & simulacra, quibus pagani cultum exhibebant divinum. Inde (h) populo, quem sibi in peculium elegerat, terram patribus promissam occupaturo, injungebat, ut quascunque in illa offenderet imagines atque idola, eas aut igne combureret, aut alia quavis ratione deleret. Id quoque non nesciebant Judæi, legis Mosaicæ tum temporis ad superstitionem usque observantes; qua de causa obstinate omnia faciebant quominus imaginibus atque idolis pollueretur terra DEO sacrata. Certe quum Vitellius regi, Aretæ, bellum illaturus per Judæam exercitum ducere vellet, gentis primores, uti JOSEPHUS (i) refert, ei obviam facti fuere transitum deprecantes. Οὐ γὰρ αὐτοῖς εἶναι πάτριον, ἀπέβαν, περιπαρᾶν εἰκόνας εἰς αὐτὴν φερομένας, πολλαὶ δ' εἶναι σημαῖαι ἐπιχειμένας. neque enim patrios permittere ritus, in illam (Judæam) inferri imagines, cujusmodi in signis Romanorum militaribus permulta conspiciuntur.

§. 8. Haftenus plane opinor demonstravi, nullas esse, quas Vir doctus iis, qui voces εἰς ὧς ἐν τόπῳ ἁγίῳ ad antecedentia referunt, opponit difficultates. Restat, ut, quæ ipsius rationi

(h) Num. XXXIII. 52. Deut. VII. 25.

(i) Antiquitat. Judaic. Lib. XVIII. Cap. VII. p. 627.

rationibus obesse putem, quibusque de causis verba dicta cum proxime sequentibus ἢ ἀναγνωστικῶν νοεῖται, jungi nequeant, paucis exponam. Initio igitur id mihi valde displicet, quod ille dictionum intervalla earumque distinctionem turbat atque penitus immutat. Nempe non modo colon post vocem ἀγῖω citra ulius codicis auctoritatem tollit ac delet; verum quoque *parenthesin*, quæ juxta receptam lectionem a dictione ἀναγνωστικῶν initium sumit, a verbo ἐσῶς inchoat. Libere nimis atque audacter. Quis enim hanc ei dedit potestatem? Aut quæ nixus ratione tantum audet? Profecto licitum non modo, sed etiam necessarium esse nonnunquam, (si quidem gravior subit causa, & error librariorum dilucide ostendi queat,) ut ab usitata novi fœderis interpunctione recedamus, viri rei criticæ consultissimi (k) sapienter decernunt: at probe simul monent iidem, caute admodum in hoc negotio versandum, nec sine urgente

Bb 3

ne-

(k) BALTH. STOLBERGIUS de *Barbarismis & Solæcismis* N. T. *Exercitat. VII. §. 20. 21. p. m. 340.*  
 IOAN. HENR. MAIUS l. c. *Cap. XXXIII. §. 6. p. m. 482. it. Introduct. ad studium philol. crit. & exeget. Cap. III. p. m. 27. sq.* IOAN. ALBERTUS FABRICIUS *Biblioth. Græc. Lib. IV. Cap. 5. §. 21. p. 221.*  
 CHRISTOPH. AUG. HEIMANNUS *Dissertat. in Joan. V. 20. annexa ipsius parergis crit. §. XV. it. Miscell. Lips. Tom. XII. Obs. CCXLV. p. 173. sq.*

necessitate aliquid temere innovandum esse. Quanam vero, quæso te, quisquis hæc legis, in loco controverso nos urget necessitas, ut antiquam & huc usque receptam verborum Christi distinctionem immutemus? Plane nulla, id quod ex ante dictis, ni fallor, satis perspicue patet.

§. 9. Quenadmodum itaque, quam OEDERUS sæpe laudatus animo concepit sententiam, interstitia verborum atque distinctiones neutiquam admittunt; sic quoque usus istorum ac significatio eidem minime respondet. Equidem τὸ ἀναγιώσκων de lectione codicis sacri sæpius usurpari, quod ille (1) locis quibusdam in medium allatis probare annitur, nemo temere ibit inficias. Verum enim vero hæc neutiquam res est, de qua disputamus; id potius quæritur: utrum participium ὁ ἀναγιώσκων de lectoribus publicis Judæorum, qui quondam singulis Sabbathi diebus Mosen atque prophetas populo prælegebant, quandoque dicatur. Vel unico Vir doctus id comprobet exemplo, & erit mihi magnus Apollo.

§. 10. Scopus quoque & intentio dicentis OEDERO nostro adversatur. Optimo scilicet hominum Liberatori, (id quod ex tota orationis serie manifesto liquet,) hic neutiquam sermo est cum publicis Judæorum doctoribus, quorum opera in sacrarum

(1) l. c. s. 8. p. 123,

litterarum pandectis populo enarrandis ver-  
 sabatur; sed potius cum discipulis suis at-  
 que piis sectatoribus Hosce, quid ipsis a-  
 gendum sit, si quidem imminentes Judæo-  
 rum genti calamitates extremas effugere ve-  
 lint, instruit; non vero istis, qua ratione  
 mandato munere rite fungantur, præ-  
 cipit.

§. 11. Ea præter divus MARCUS loco,  
 quem supra jam indicavi, pro verbis ἐν τῷ ἁ-  
 γίῳ, legit ὅπου ἔδει, ubi non debet, seu ubi  
 non licet; quæ quidem cum ea, quam Cl.  
 OEDERUS amplectitur, sententia nulla  
 prorsus ratione conciliari possunt. Quid  
 igitur? His ne, quorum hoc olim proprium  
 munus erat, ut singulis sabbathi diebus co-  
 dicem sacrum populo exponerent Judaico,  
 nefas fuit atque illicitum in loco versari san-  
 cto, sui que officii partes ibidem explere?  
 Nemo sane id mihi persuadebit, quamvis  
 Cicerone ipso eloquentior foret. Probe hu-  
 jus argumenti vim atque robur pro eo, quo  
 pollet ingenii acumine, perspexit noster  
 OEDERUS. Hinc (m) ubi lectores Judaici  
 populi ignaros, stupidos, perversos, cæcos (cu-  
 jusmodi tum temporis fuisse plurimos, lu-  
 bens concedo,) intelligere se monuerat;  
 servatoris verba: ἐς ὅπου ἔδει, non aliter,  
 ac si sententia foret infinita sive potentialis,  
 interpretatur. Scilicet hoc eum dicere velle

contendit : talem lectorem , ignarum nempe, stupidum, perversum, cæcum, stare in loco sancto , ubi non deberet , i. e. a quo ipsum ob inscitiam juxta & impietatem procul abesse multum præstaret. Eo quidem pacto MARCUM in partes trahere studet Vir doctus; Sed frustra omnem infumit operam. Neque enim DEI filius apud eundem : ἐσὼς, ait, ὅπου ἔδῃ, stans ubi non deberet , in Conjunctivo; sed potius : ἐσὼς ὅπου ἔδῃ, stans ubi non debet, in Indicativo, ut adeo, sententiam esse finitam seu certam ; non vero infinitam, sive potentialem, cuius attento lectori statim in oculos incurrat.

§. 12. Denique hautquaquam cum proxime sequentibus, ἡ ἀναγνωσκῶν νοεῖτω, quæ est sententia Viri sæpius a nobis laudati; sed potius cum antecedentibus, τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, jungendas esse voces ἐσὼς ἐν τῷ αἰγίῳ, ex Luc. XXI: 20. ceu loco parallelo; est oppido manifestum. Hic scilicet optimus salutis nostræ auctor de signo temporis, quo fugiendum esset ex urbe, suos commonefaciens : ὅταν, inquit, ἴδητε κυκλαμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλήμ, τότε κ.τ.λ. quando videritis urbem Hierosolymitanam exercitibus cinctam, seu quando videritis exercitum Romanorum urbem Hierosolymitanam obsidione cingentem, tunc reliqua. Nonne vero hoc idem est, quod ille in eo dicit loco, de quo disputamus, ubi:

ὅταν, αἰτ, ἴδῃτε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ἐς ὧς ἐν  
τόπῳ ἁγίῳ ; quando videritis devastationem ab-  
ominandam stantem ad seu juxta locum sanctum?  
Uti enim per τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως , deva-  
stationem abominandam sive horrendam Roma-  
norum intelligi exercitum ipse Cl. OEDE-  
RUS pro certo ponit ; ita Hierosolymam  
urbem vocari sanctam, inter omnes, qui sacris  
in litteris non omnino sunt hospites, planissi-  
me constat. Ipso igitur LUCA interprete  
certo jam scimus, voces ἐς ὧς ἐν τόπῳ ἁγίῳ  
neutiquam ad consequentia, ὁ ἀναγινώσκων  
νοεῖτω ; sed potius ad antecedentia, & qui-  
dem ad τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως,  
esse referendas, I. Q.

E. D.

*Christus Imperator, libertatis auctor, ante delineatus Galatis ob oculos, (in loco Gal. III: I.) pie consideratus.*

à

*Jo. Christoph. HARENBERGIO.*

*ARGUMENTUM.*

§. 1. προγεγραφειν, καὶ ὁφθαλμοις. §. 2. Momenta emphaseos eruenda indicantur. α) Figura e re honesta est deprompta: β) Galatis debuit esse familiaris: γ) res ipsa delineata, figuram exhibens, debuit esse maxime inlustris & in oculos valdopere incidens: δ) ad Christum debet quadrare cum pondere: ε) ad delineationem quandam: ζ) ad sollicitationem blanditiarum & περιτροπαι. §. 3. De demonstrationibus veterum Mathematicorum per figuras scriptas. §. 4. Inde figura non videtur deprompta α) quia Galatae bellis, non litteris, vacabant. β) quia docti tum plerique solebant evangelio oblatrare. §. 5. An respiciatur ad frontes litteratas servorum Graecorum ac Romanorum. §. 6. Quod negatur. §. 7. Nec ad epistolam, ante scriptam Galatis, respicitur, nec figuram a prescripto scripturae alicujus desuntam. §. 8. Sed ad imagines in vexillis Romanorum, α) quia Galatae in armis: β) Paulus istam figuram crebro inculeat. 9. γ) &

& quia cetera momenta huic expositioni apte conveniunt.

§. I.

**A**ttentionem merentur Pauli verba, quibus nervose ac pio cum fervore in Galatas invehitur: *ὦ ανοητοὶ Γαλαταί, πῶς ὑμᾶς ἐβασκανε τῆ ἀληθεία μὴ παιθεῖσθαι; οἷς καὶ ὀφθαλμοῖς Ἰησοῦ χειρὸς προσεγγεφῆ, ἐν ὑμῖν ἐσκυρωμένῳ.* O inconsiderati Galatæ, quis vos blanditiis velut fascino adlexit, quo minus veritate penitus persuadeamini; quibus ob oculos Jesus Christus ante delineatus est, qui pro vobis est cruci adfixus. Miratur jure, quod veritati non dent manus victas, nec de ea sint persuasissimi, nec eam sequantur & obedientia amplectantur, immo non vereantur, Judaizantes audire ac sequi pseudapostolos. Causam admirationis subdit eam, quod ante a sese Galatis genuina Christi doctrina sit clarissime exposita, Christusque eis vividissimo modo ob oculos positus & præscriptus. Ne vero Christi & Judaizantium, voluntatem putarent optime simul posse consistere, ideo addit memoriam Christi in crucem sublatis, ut tacite innueret, hunc pro nobis maledictioni fuisse subjectum, ut jugum infinitum ceremoniarum tolleret, cui non inerat *ἐπαγγελίᾳ πνευματῶν* promissio spiritus animique, sed carnis, Christi nascituri Jo. I, 14. per carnem, victimas deglubendas, - inspicendas, dis-

secundas, comburandas, *tanquam umbram* ejus, quod eventurum erat, εν υμιν est וַיִּבְרַח, ubi וַיִּבְרַח est *pro*, ut sæpius. Juvat in præsens ad Christum unice respicere προγραφευται και οφθαλμοις Γαλαταις, *prescriptum Galatis & ante delineatum ob oculos*. Προγραφειν est 1) *ante scribere* Eph. III, 3. sed non hoc loco, quia ante hanc epistolam nullam Paulus dedit ad Galatas: 2) *proscribere & publicare bona*, quod huc itidem non quadrat: 3) *prescribere & conscribere simpliciter*, quod si proprie spectes, in Paulum non quadrat, qui indicat prædicationem Evangelii a sese apud Galatas factam Gal. I, 6. 9. 11. non *scriptionem*: 4) *metaphorice ante delineare*, indicare, significare, quod huc adprime facit. και οφθαλμοις est *ob oculos*, ut και οφθαλμοις πινι λεγειν *ob oculos*, in faciem alicui dicere, tritissimo Græcismo.

§. 2. Si ad metaphoræ istius plenam evolutionem contendere animus est, momenta quædam sunt præmittenda. Respicitur indubie ad delineationem & significationem a re notissima, tunc equidem, petitam eamq; turpitudinis per sese expertem. Nam quis purissimam evangelii annunciationem cum relevissima & turpi conlaturus esset, vel cum ea ignota? Si respiceretur ad ritum Galatis non perspicuum & familiarem, ecquis, quæso, mentem Pauli, quæ intelligenda erat, intellexisset? Modus ille ritus, unde hæc phrasîs decerpta est, debuit præterea maxime

me esse inlustris, ponderosus & pellucidus, petitus a re, quæ ob oculos statuebatur. Ad hæc res illa ob oculos posita debuit esse apta ad Christum delineandum, ut adfuerit similitudo & comparatio accurata. Res illa etiam tandem debuit involvere delineationem & significationem, ob vocem προγραφειν. Adduntur sollicitatio per blanditias & περιθεσται suasionibus dare locum, obtemperare, quæ ob cohærentiam simul sunt respicienda, quantum fieri potest, ut oratio sit lucida, sibi constans & apta.

§. 3. Occurrunt heic animo indaganti varia Veterum indicia, variique modi rem quandam ob oculos ponendi. Tritissimus est modus Veterum Mathematicorum & Doctorum, quo res alioquin obscuras figuris delineabant & demonstrabant. Arithmeticæ & Geometriæ αποδειξεις εναιγειν επιεγρατο επ' αμβρακικου ποιημενου και διδασκων παντων σχηματων, id est δια γραμματων Pythagoras, teste Jamblichio de vita Pythagoræ c. V. (a) i. e. demonstrationes instillare tentabat, in abaco faciens & docens omnem figuram, quod est per scripturam. Idem testantur Aristotelis figuræ ad syllogismum exprimendum adhibitæ, Euclidis, Archimedis, Heronis, aliorumque libri Veteres. Debemus industriæ Caroli du Fresne, Domini du Cange, Syllogem notarum antiquarum, quam Glossario suo ad Scriptores

(a) p. 39. edit. Commelin, 1598. 4.

ptores mediæ & infimæ Græcitatæ adjecit, & in ea collectionem notarum, (b) quibus prisce Mathematici utebantur in designandis Planetis signisque Zodiaci, earumque non tantum vulgariū, sed & minus tritarum, quibus Astronomorum pleni sunt scripti præsertim Codices. Inde adfulget dictis meis lux uberrima. De figuris Astronomicis Plinius: (c) *Adjuvat rerum ordo, descripto circulo, qui signifer vocatur in XII. animalium effigies, & per illas solis cursu congruens tot sæculis ratio.* Ope figurarū ac numerorum primus Græcorum omnium Thales Milesius Olympiadis XLVIII. anno quarto, prædicto solis defectu claruit, qui sub Astyage rege factus est. Inde utriusque sideris, solis lunæque, cursum & defectus in sexcentos annos præcinit Hipparchus. (d) Mos iste mundum describendi per figuras est usitatissimus. Homerus refert in Achyllis clypeo *κοσμη μινυμω* esse insculptum. (e) In Olymanduæ, regis Aegyptii, monumento aureus erat circulus 365. cubitorum ambitu, crassitie cubitali, inscriptique & divisi erant in singulos cubi-

(b) De Notis Astronomicis, Chymicis, iatricis aliisque agit concise, sed docte D. Bernard de Montfaucon *Palaographia Græca* L. V. c. 6. p. 373. sq.

(c) H. N. L. I. c. 4. Conf. Claudian. de *Consulatu Mallii Theodori* v. 274. 275.

(d) l. c. c. 12.

(e) *Iliad.* II. v. 478. sq.

cubitos anni dies, cum notatione ortus & occasus stellarum naturalis & significatio- num, quas Aegyptii Astrologi ab illis effici docent. Hic circulus a Cambyse & Persis abripiebatur, quando in ejus potestatem Aegyptus perveniebat. (f) Sphaeram pri- mus composuit Atlas, testibus Diodoro (g) & Plinio, (h) vel Musæus. (i) Obliquita- tem circuli signiferi intellexisse, hoc est, fo- res aperuisse Anaximander Milesius traditur, Olymp. LVIII. (k) Signa, teste eodem Pli- nio l. c., in eo adjunxit Cleostratus & pri- mum arietis ac sagittarii. Alii porro alias excogitarunt figuras, quibus cœlum ob ocu- los proposuerunt, (l) donec Veteres tan- dem ad eam peritiam ope figurarum perve- nerunt, quam ostendunt Hyginus Manilius, Aratus, alii. Similiter Græci, Aegyptii ac Latini composuerunt tabulas Geographicas & pictos edidicerunt mundos, (m) Taceo hieroglyphicas litteras, (n) quibus Aegyptii  
 arca-

(f) Diodorus Siculus L. I, c. 49.

(g) L. III.

(h) H. N. L. II. c. 8.

(i) Laertius in *Proæmio*.

(k) Plin. l. c. c. 8.

(l) Vid. Jo. Albert. Fabricius *Biblioth. Gr.* L. IV. c. 4. §. 16. p. 456. sq. & ex eo Jac. Frid. Reimannus in *Idea Systematis antiquitatis litterariae* Sect. V. n. XXVI. p. 372. sq.

(m) Fabricius l. c. c. 2. §. 2. §. 10. p. 38. in notis.

(n) Tac. L. V. *Hist.* p. 617. 618.

arcanas veritates involuebant, quod institutum Salomon in templo, Pythagoras alii- que videntur æmulati.

§. IV. At præsto sunt, quæ obstant, quo minus verisimile fiat, Paulum ad figuras istas, quibus inconspicua oculis clare proponuntur, respexisse seu adlusisse. Nam Galatarum mentes bellicosæ ac feroces ad tantam rerum mathematicarum peritiam ac effigiationem(o) non adspirare solebant. Gallorum philosophi, seu Theologi, Druides dicti erant potius aruspicinæ ac victimarum spectatores, quam tabularum cœlestium vel terrestrium. Nec enixe mihi scrutanti occurrit locus, unde eruditionem Mathematicam, figuris declaratam, eis adtribuere liceat. Strabo potius de Gallis commemorat, (p) eos Martis studio & animorum ardere impetu, conferendæ pugnæ alacritate impigros, alioqui simplices esse. Quare Galatas, (q) Gallorum progeniem, eodem Martis furore tinctos fuisse, suspicor, & de eo certiores nos reddunt monumenta litterarum. Pon- tici

(o) Er. Schmidius h. l. *Christus ante-depictus*, quasi a pictura. Sed ex sequenti ratione versio illa est infirma

(p) L. IV. pag. 355. T. I. ed. Jansson. Amstelod. 1652. 8.

(q) Hi *Ανοητοι*, indocti, Paphlagonum successores & vicini, illiterati. conf. Ez. Spanheim. in *Notis ad Callimachum* p. 440.

tici vicini a Mathematicis figuris non abhorrebant, Billari enim sphaera, Sinopensium decus, a Lucullo ablata (r) & Sidenenses Mathematici, Demetrius Rhateni & Dionysiodorus eodem nomine quo Hicenes geometra, (s) id satis loquuntur. Galatarum vero omne studium erat effusum in bella. Nam neque reges Orientis sine mercenario Gallorum exercitu ulla bella gesserunt, neque pulsati regno ad alios quam ad Gallos confugerunt. Tantis terror erat Gallici nominis, sive armorum invicta felicitas, ut aliter neque majestatem suam tutam neque amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrarentur. (t) Consul Romanus ideo olim milites contra Gallograecos euntes ita adlocutus est: Non me (u) praeterit milites, omnium, quae Asiam solunt, gentium, Gallos fama belli praestare. Inter mitissimum genus hominum ferrox natio pervagata bello prope orbem terrarum, sedem cepit, procera corpora, promissa & rutilate comae, vasta scuta, praelongi gladii: ad hoc cantus ineuntium praedium, & ululatus & tripudia, & quatentium scuta in patrium morem horrendus armorum crepitus: omnia de industria composita ad terrorem. Licet vero tum a Romanis fuerint aliquoties victi ac fugati, (x) nihil

Class. VIII, Fasc. III. Cc hilo

(r) Strabo L. XII. p. 179. T. II.

(s) l. c. p. 182.

(t) Justinus L. XXV. c. 2.

(u) Livius Decad. IV. L. VIII, p. 396. Basil. 1554. 8.

(x) Florus L. II, c. 11.

hilo tamen fecius virtuti bellicæ continenter se manciparunt. Pars Galatiæ, Pontica Comana, floruit proventu Moaphernis, qui Luculli nutu regnum Comanum evertit, & castella ad defectionem perduxit. (y) Archelaus, quem Pompejus, Luculli in Asia successor, sacerdotio Comano & servi sacris, qui erant 6000. præfecerat, bellum Parthicum cum Gabinio Syriæ præside suscipere avebat, & cum senatus bellum illud non decrevisset, trajecit in Aegyptum, ibique loco fugientis Ptolemæi sex menses regnavit, quod imperium armis tutaturus, a Gabinio in prælio interemptus est. (z) Quid Adiatorigem commemorem, quem ferociter refragatum Augustus cum uxore & filiis triumphatum, ne quid in posterum formidinis excitaret, interemit? (a) Quid enumerem virtutem feminarum Galaticarum? Orgiagontis regis uxor a centurione stuprum passa, custodiam evasit revulsamque militis caput ad maritum suum retulit? (b) Cæsaris ævo Deiotarus Asiæ minoris partem Armeniamque minorem tenebat administrandam, qui Galaticas duas legiones ad Cæsarem Alexandrinis oppugnantem misit equitesque centum, quos disciplina atque arma.

(y) Strabo L. XII. p. 198. T. II.

(z) l. c. p. 199.

(a) l. c. p. 200.

(b) Florus l. c.

armatura Romana complures annus consti-  
tutas habebat. (c) Nec id mirum est, si re-  
putemus, Galatas Bellonam, fano ac sa-  
cerdotio Comano inlustrem, belli Deam  
coluisse, & ne quid muliebri ipsis videretur,  
sacerdotes illos voluisse exsectos, (d)  
& festa Deæ duo, *exitus* dixisse, quasi in  
memoriam educationis militum, quæ quovis  
anno in calidioribus regionibus interrumpenda  
est fervente æstate, & deinde resumenda.  
Amyntas ultimus fuit Galatarum rex, quo  
defuncto eos Augustus in provinciam redegit,  
(e) anno urbis conditæ 729. annis LXXV.  
ante epistolam ad Galatas scriptam, si a. v. c.  
749. Christus est natus, & inclusis duobus  
annis ab Epocha Vulgari exsulantibus, Paulus  
ad Galatas scripsit a. Aere Vulg. 53. quod  
alibi curatius exponam. Nec posthac Gallogræci  
illico facti sunt mulieres, blenni ac fungi.  
*ἡ Γαλατία μετὰ τῆς Λυκαονίας Ῥωμαίων ἀρχόντων ἐγένετο*: Galatia cum  
Lycaonia Romanum habere præfectum cœpit. (f)  
At illorum præfectorum erat, sibi continuo

Cc 2

a Par-

(c) Hirtius de Bell. Alex. c. 34.

(d) Conf. Strabo L. XII. p. 200. 197. &c. Valerius Flaccus L. VII. v. 636. Hirtius de bello Alexandrino c. 66. Dio Cassius L. XXXV. p. 5. Pausanias in Laconicis p. 249.

(e) Dio Cassius L. LIII. p. 514. edit. Hanov. 1606, fol.

(f) Dio l. c.

a Parthis metuere & Sauromatis. Illorum rex Bardanes, Pauli ætate, Romanis grave minabatur bellum, tentassetque, ni sui eum cecidissent. (g) Horum reges a Romanis dati sub Claudio, a suis, Bosphoranis scilicet seu Sauromatis, expellebantur. conf. Dio Cassius L. LX. p. 670. Tacitus L. XII. Ann. e. 15. Non est consuetudini gentium conforme, fortitudinis patriæ avitæque semina intra septuaginta annos exuere, eandemque simul venerari Bellonam. Polybius de suo tempore Hist. L. II. c. 23. *Romanorum animis terror pristinus nominis Gallici adhuc infidet.* Et c. 35. *Metus Gallorum non solum majorum temporibus, sed memoria etiam nostra Græcos sæpius sollicitos habuit.* Monere hæc fusius visum fuit, tam ut Galatis sublimiora studia denegarem rectius, quia inter arma silent Musæ, quam ad viam in secuturis momentis veræ expositioni sternendam. Nam insulsum plane fuisset, a re ignota, vel paucissimis cognita orationis lumina mutuari. Judæi docti, quales Ancyris vel in Gallo Græciam tum exstitisse non omnino infitior, non solum Mathematice penetralibus sese immergere, sed Platonis sectam secuti (h) ritibus suis servandis erant impense dediti.

Adde

(g) Josephus Ant. XX. c. 2. Tacitus Annal. L. XI. c. 8.

(h) Patet hoc ex Philone & amore Platonis, quem Judæi secum consentire nugabantur.

Adde quod nulli magis quam potentiores & doctiores evangelio repugnauerint, tum ob ambitionem utrisque communem (i) tum ob teporem in interno pietatis cultu. Hoc enim certum, (k) summa eruditio proximus est gradus ad Atheismum. Hic est acerrimus eruditorum hostis, cum quo quotidie consistendum. Hoc æque valet de philosophia seu pansophia sectaria, quæ ambitionem & contentionem gignit, & quam tunc omnes in ore & amore habebant. Interim scientia vera est via ad revelationem & Deum. Ex hisce conligi posse puto, quare eruditiores oblatrauerint evangelio, & cur Paulus ad eos, si forte unus & alter inter Galatas exstitit, non respexerit, præcipue quum ab omnibus se voluerit intelligi. Ad Ezechielis Tav ablu-di, olim putavi, quod utique fuit cruciforme, (l) nisi hæc eadem obstitisset ratio.

§. 5. Sunt quidam in ea sententia, quod Paulus ad scripturas & stigmata in frontibus servorum gentilium respexerit. Id quidem negari nequit, servorum multitudine & sacerorum & profanorum laborasse Galatiam.

Cc 3

At

(i) Utraque in Hadriano conjuncta, ridendos dedit effectus.

(k) Verba sunt B. G. Struvii ex *Introductione in notitiam rei litterarie* c. 9. §. 41. p. 481.

(l) Montfaucon in *Palaographia Græca* L. II. c. 1. p. 119. sqq.

At servorum omnium frontes promiscue non signabantur, sed scelere insignium. Deinde symbolum servitutis plane a libertate evangelica abludere videtur, quæ est immunitas a servitute peccati & cerimoniarum Judaicarum. Servi in fronte signati dicebantur *litterati* (m) id est, *litteris inscripti*. (n) Hæc erat pœna calumniæ (o) vel nota malignæ fugæ & criminis (p) in servos Romanos & Græcos, & delictum quorundam barbarorum. (q) *Longam litteram faciebant* servi, in furcam suspensi vel crucem. Omnia enim dura in servos expromebantur. Illi feriebantur palma compressa & porrecta promiscue in malam pugnisque cædebantur. (r) Sophocles de captivis (qui erant servi) in *Ajace flagellante* v. 300. 301.

- - - τὰς δε δεσμιῶν

Ἡμιζέθ' ὡσεὶ φῶτας - - -

- - - *Alias* (pecudes) ceu captivos

*Flagris cædebat*, conf. v. 65. 110. 111.

Art.

(m) Plautus *Casina* Act. II. sc. 6. v. 49.

(n) Ut idem vocem explicat in *Rudente* Act. IV. sc. 4. v. 112. sq.

(o) Cicero pro *Roseio Amerino* n. 57. Gothofredus in l. ff. ad *Turpilianum*. Rosinus *Antiqu. Rom.* L. IX. c. 25.

(p) Idem Rosinus l. c. L. I. c. 20. p. 174.

(q) Herod. L. V. p. m. 144. Cicero *offic.* L. II. s. 25. S. Empiricus L. III.

(r) Plautus *Casinae* l. c. v. 93. sq.

Aristophanes: (s)

Ὅταν σε δεσῶ τῷ ξύλῳ  
 ἢ βύρῳ σε θρανεύσεται - -  
 Solum adligabo te ligno i. e. cruci (t) - -  
 Cutis tua dilatabitur.

Servus servo minatur pœnas apud Plautum: (u)

O carnificum cribrum, quod credo fore: (te)  
 Ita te perforabunt patibulatum per vias  
 Stimulis, si hic reveniat servus.

De eadem pœna alibi (x) idem:

At ego te pendentem fodiam stimulis triginta dies.

Cum ejusmodi servo in patibulum raptο, antea pugnis cæso, & a carnifice misere vexato se confert Paulus 2. Cor. XII: 7. Hæc obiter.

§. 6. Non reor, a servili vel barbara κατ' ἐφθαλμῶς inustione heic translationem esse arcessitam. Namque illa compunctio, ratio (y) vel inustio velut inhumana, Numini  
 Cc 4 displi-

(s) In Ἰππεύει p. m. 292.

(t) Ut 1. Pet. II: 24.

(u) In *Mosellaria Act. I. sc. 1. v. 52. sq.*

(x) In *Menachmis Act. V. sc. 5. v. 48. conf. Rosinus in Antiqq. Romanis L. IX. c. 31. p. 1500. sq.*

(y) Conf. Spencerus in *Legibus Hebræorum ritualibus* l. II. c. 25. p. 429. sq.

displicet, quare eam detestatur per Mosen.  
 (z) Inscriptio illa litterata plerumque domini nomen præferebat, ne aufugerent, vel, si aufugissent, facile possent dignolci & vindicari mancipia. (a) At libertatis & manumissionis symbolum in redemptos & libertati adscriptos Christianos quadrat. In primis memorabile est, quod Paulus Mosaizantium conatus *κατα δαλωσαι* vocet, conditionem vero genuinam Christianorum adpellet *ελευθεριαν ην εχομεν εν χριστω Ιησ.* (b) Judæi nil differebant à servis, quippe ii erant *υπο επιτροπης και οικονομης αχει της προθεσμιας τε πατερι,* & *υπο τα φοιχηα κοσμου δεδλωμενοι;*  
 (c) Gentiles vero *εδαλευσαν τοις μη φυσει και θεοις,* serviebant Diis ex constitutione humana, non natura, talibus. (d) Mosaizantes Galatas subigere tentabant, ut servilem Judaicam conditionem simul cum Christianismo reciperent, & redirent ad umbras, quibus denuo servos sese addicerent. (e) Ex quo factum est, ut Paulus omnes vires contendat ad excutiendam illam servitutem, quam Chri-

(z) Levit. XIX: 28.

(a) Vid. Hadrianus Turnebus in *Adversariis* L. XIV. c. 12. Coelius Rhodiginus *Antiquitatum* L. IV. c. 3. Lipsius *Electorum* L. II. c. 15.

(b) Gal. II: 4.

(c) Gal. IV: 1. 2. 3.

(d) v. 8.

(e) v. 9.

Christus pretio interposito sustulerat, id-  
que inde deducit α) quod simus filii & he-  
redes Dei per Christum: (f) β) quod simus  
non ancillæ filii, sed liberæ. (g) Libertatem  
ubique inculcat Paulus, servitutem damnat.  
Conf. V. 1. 13. Namque ad manumissionem  
conditio Christianorum quadrat, non ad ser-  
vitutem, id quod clarius patebit, si olim ri-  
tus manumissionis apud Romanos & Græ-  
cos usitatæ cum nostræ libertatis ratione com-  
paraverimus, quod fiet alias.

§. 7. Nec respicit Paulus ad scriptam an-  
tea Galatis epistolam, quia dixerat & *annan-*  
*ciaverat* tantum eis olim evangelium Gal. I:  
9. IV: 13. 14. & de pluribus ad Galatas Pauli  
litteris tacet omnis antiquitas. Quare etiam  
non existimatur adlusio esse facta ad incisas  
fixasque leges, quas variis variæ materiæ  
infixit ac insculpsit gentium antiquarum in-  
dustria. (h) Dio Cassius de Claudio (i)  
Ἀρκυν εἶναι Φησας, ἐν ταῖς σήλαις αὐτῆς (λογεῖς  
Λυγερῶν καὶ Τιβερῆος) ἐγγεγραφεῖται, satis esse di-  
cens, in columnis illas (orationes Apostoli &  
Tiberii) *incidi*. Præterea tabulæ & columnæ  
illæ, legibus & sermonibus sapientissimis in-  
scriptæ, non erant ubique ante oculos po-  
sitæ, sed reconditæ, ut Mosaicæ, X. & XII.

C c 5 tabu-

(f) v. 7.

(g) v. 31.

(h) Conf. J. C. Wichmanshausen in *Diff. de Tabulis*  
*fœderis prioribus Sect. I.*

(i) LX. p. 671.

tabulæ & leges jussu Caligulæ insculptæ, quæ ab oculis erant remotissimæ, quippe in sublime in fixæ. Pergamus igitur ad ritum, cui omnia momenta sua sponte & apte conveniunt.

§. 8. Quod si fecerimus, oculis Galatarum perspicue opposita deprehendimus vexilla militaria, & imagines Augustorum vel Imperatorum in eis. *Vexilla Romanorum, Galatis quotidie obvia & cognitissima, erant vel legionum, vel manipulorum & cohortium. Aquila legionum erat signum. De ea Plinius: (k) Romanis eam legionibus. (Marius in secundo consulatu suo proprie dicavit. Erat & antea prima cum quatuor aliis, lupis, minotauris (tauris,) equis, apris, qui singulos ordines anteibant. Paucis ante annis sola in acie portari cœperat, reliquæ in castris relinquebantur. Marius in totum ea abdicavit. Ex eo notatum, non fere apud legiones unquam hibernatum esse in castris, ubi aquilarum non sit jugum. Illæ insistebant summæ hastæ ex auro vel ex argento, & fulmen sæpe unguibus tenebat, quasi jaculatura, pinnas extendenti similis, ut ex nummis constat. Dio Cassius: (l) ὁ αἰτὸς ὠνομασμέ-  
τος (εἰς νεὼς μικρὰ καὶ ἐν αὐτῷ αἰτὸς χρυσοῦ ἐνιδρυταί. καθίσταται τε ἐν πᾶσι τοῖς ἐκ τῆς κατὰ-  
λόγου στρατοπέδοις, καὶ ἑδάμοσε ἐκ τῶν χειμαδίων, πλὴν εἰποὶ εὐρυπᾶς ὁ στρατὸς ἑξίτοι, κινεῖται. καὶ*

(k) L. X. c. 4. H. N.

(l) L. XL. p. 128. sq.

αυτων εις αυτην επι δροσισμα μακρη ες οξυ των συ-  
 ρακα απηγμενη, ωσε ηδη ες το δαπεδον καταπεγνυ-  
 θαι, φερει.) τελων εν των αειων εις εκηθελιστον τον  
 ευφρατην ποτε συνδιαβησαι, αλλα εν τη γη ενεχελο,  
 ωσπερ εμπεφυκωσ. πειν δη πολλοι περιαντες βια  
 αυτον ανεσπασαν. και ο μεν ηδη ακων επηκολαθη-  
 σε. σημιον δε π των μεγαλων τοις ισίοις εοικοιων,  
 και φοινικα γραμματα επ αυτης περ δηλωσιν τε  
 τε στρατη και τε στρατηγυσ σφων τε αυτοκρατορεσ  
 εχοντων, ες τον ποταμον απο της γεφυρας περ-  
 τραπεν ενεπεσε. *Aquila dicta (exigua quedam  
 est sacelli effigies, inque ea aurea aquila est con-  
 locata: constituitur autem in omnibus legionibus  
 Romanis: neque prius hibernaculis effertur, quam  
 universus exercitus egrediatur. Eam aquilam  
 haste sublimi impositam unus vir portat, cujus ha-  
 ste pars infima in acutam cuspidem definit, ut in  
 solum defigi possit. Hujusmodi ex aquilis una  
 noluit cum Crasso Eupbraten transire, sed perinde  
 ac si terrae adnata esset, ita infixae hesit, donec tan-  
 dem a multis circumstantibus vi evulsa fuit, invi-  
 taque comitata est suos. Vexillum praeterea  
 quoddam ex eorum numero, quae magna velo-  
 rumque similia sunt, inscriptum puniceis litteris,  
 ad notitiam exercitus imperatorisque faciendam,  
 inversum, a ponte in flumen decidit. Idem in  
 prodigiis S. Pompeji, praelium Mundense  
 antegressis: (m) οι δε δη αετοι των στρατοπεδων αυ-  
 τη, πησ τε πτερυγασ σπισκοντες και της κεραυγασ, υδ  
 εν τοις ποσιν αυτων πνεσ χρυσασ εφερον, εκβα-*

λεσ-

(m) L. XLIII. p. 231.

λοντες, εκεινω τε το κακον αντικρουσ ενδοκητων, και  
 αυτοι περ του Κασσους απεπελοντο. *Verum aquil-*  
*le exercitus Pompejani, alas suas concutientes, ful-*  
*minaque, quæ aurea nonnullæ pedibus gestabant,*  
*projicientes; Pompejo exitium palam abnuntia-*  
*bant ipseque ad Cesarem (vento ferente)*  
*avolabant.* Sacellum illud erat ad præ-  
 torium locus in castris; ærarium seu tem-  
 plum Saturni Romæ. (n) Dionysius Halicar-  
 nass.: *Hæc locutus, juratusque, se legibus ani-*  
*madversurum in detrectantes imperium, signa*  
*templis proferri jussit.* Manipulorum signum  
 olim fuerat manipulus fœni straminisve, (o)  
 at, agresti more mox cessante, hastæ api-  
 ci transversum ligneolum, in modum cru-  
 cis infigebatur. Infra crucem in numis &  
 lapidibus orbiculi quidam vel clypeoli hastæ  
 adnexi adparent, qui ex argento vel auro  
 imagines primum Deorum, deinde & Impe-  
 ratorum atque ducum præferebant. Isido-  
 rus magnopere errat, dum exordia horum  
 orbiculorum Augusto tribuit: (p) *Pilam in*  
*signa constituisse fertur Augustus, propter natio-*  
*nes sibi in cuncto orbe subjectas, ut malis figuram*  
*orbis ostenderet.* Sed pilæ illæ seu orbiculi  
 conspiciuntur in numis Romanis ante prin-  
 cipatum. Id tamen novum est, Augusti  
 ima-

(n) J. Lipsius *de Militia Romana* L. IV. Dial. V. p. 166. 167.

(o) *Antiqu. Rom.* L. X. c. 21. p. m. 616.

(p) Ovid. *Fast.* L. III. v. 115. sq.

imaginem fuisse inditam & pepulisse Deos.  
 (q) Tacitus : (r) *Tua, dive Auguste, caelo recepta mens, tua, pater Druse, imago:* Suetonius de Tiberio : (s) *Quaedam munera Syriacis legionibus largitus est, quod sole nullam Sciani imaginem inter signa coluissent. Color argenteus, rarius aureus, perspicuitatem & fulgorem imaginum illarum mirifice circumfudit.* Plinius : (t) *Color argento clarior est, magisque diei similis : ideoque militariis signis familiarior, quoniam is longius fulget.* Hastæ semper erant argentatæ, vexilla tamen interdum etiam aurea, ut ex Arriani *Dissertat. Episteti* docet Lipsius. Vexillis porro nomina ducum bellicorum erant inscripta. Sufficiat unum alterumque locum indicasse, ne fide destituamur. Tacitus : (u) *Quid reliquum nisi ut caperent ferrum? ideoque quorum imagines pro vexillis secuti forent, duces imperatoresque deligerent?* Suetonius : (x) *Assensere cuncti*

NO-

(q) L. XX. c. 7.

(r) Uberius id ostendi in Progr. 1721. 4. de *Pomii crucigeri Imperialis Origine & factis præcipuis*, quod 1724. Vitembergæ recudi fecit, ut ex *Novellis litt. Lips.* 1723. p. 1021. liquet, A. F. de Zanthier, meus quondam discipulus, præfixo suo nomine, quod ipsi non invidio, dolens interim, Sphalmata esse retenta & aucta, nihilque novi, quod rem spectaret ipsam, fuisse adjectum.

(s) *Annal.* L. I. c. 43.

(t) *Cap.* 48.

(u) *H.N. L. XXXIII, c. 12.*

(x) *l. c. p. 168.*

nomenque ejus vexillis omnibus sine mora inscripserunt. (y) Ob illa heroum ducumque nomina & imperia veneranda, civilis quædam adoratio Romanis militibus ingerebatur. Suetonius: (z) *Artabanus transgressus Euphratem, aquilas & signa Romana Cesarumque imagines adoravit.* Claudianus de ipso Arcadio, Imperatore Christiano: (a) *Augustus veneranda prior vexilla salutat.* Germanicus, contra Cheroscos prælians, exclamabat ad milites Romanos: (b) *Irent, sequerentur Romanas aves, propria legionum numina.* De aquilis equidem ista perhibentur. At idem vexillorum enitebat honos. Idem Tacitus alibi: (c) *Agmina legionum stetero fulgentibus aquilis, signisque & simulacris, Deum in modum templi. Medio tribunali sedem curulem & sedes effigiem Neronis sustinebat.* Modum heic plerosque Imperatores excessisse, & honores plusquam humanos non respuisse, verissimum est, nam, ut aliquando honores divinos recipere noluerunt, (d) id tamen rarissime factum est. Namque Roma (e) & Augusti, con-

(y) L. V. *Annal.* c. 4.

(z) In *Vespasiano* c. 6.

(a) Conf. Lipsius l. c. Dempsterus in *Paralipomenis* ad Rosini L. X. p. 1717. sq. Lipsius in *Notis ad Tacitum* p. 506. 507. qui hæc fuse.

(b) In *Caligula* c. 14.

(c) L. II. in *Rufinum* p. 59. Ed. Plantin. 1561. 12.

(d) L. II. *Ann.* Tacit. c. 18.

(e) *Annal.* L. XV. p. 357 ed. Lipsi, qui videatur in *Notis* p. 407-409.

conjunctim primo ad leniendam invidiam (f) postea hi separatim templa, sacerdotes, divinitatisque honores usurparunt. Globus ille seu malum in vexillis manipulorum Romanorum factum, quo imperium orbis terrarum complexi erant, indicabat abunde, unde solerter retinuerunt in more & amore illud symbolum. P. Jobertus id apte exprimit; (g) *Un globe pour marquer, qu'ils sont les Maîtres du monde. Ce globe est quelquefois surmonté par une victoire ailée, qui présente une Couronne, afin de faire connoître, que c'est à sa faveur le Prince doit l'Empire du monde.* Vexillorum adhæc majestas inde etiam amplificabatur, quod per illa juraretur inviolate. Ut omittam Livii aliorumque loca, id ipsum clare testantia, Tertulliani elegantissimum facit documentum, quod geminum fundit usum. Religio (h) ait ille, *tota castrensis Romanorum signa jurat, signa veneratur, signa omnibus Diis preponit, omnes illi imaginum suggestus insignes monilia crucium sunt, signa vexillorum Scantabrorum, styli crucium sunt. Laudo diligentiam, qua soletis nudas Scantabrorum in cultas cruces consecrare.* Imaginarij dicebantur vel Imaginiferi, qui imagines imperatoris, vexilla ista, portabant, ut ex Vegetio docuit Lipsius.

(f) Conf. Tacitus Ann. L. IV. c. 37.

(g) Vellejus L. I. p. 18. ed. Lips. Liv. L. XLIII. c. 6. Tac. L. III. c. 63. Annal.

(h) Lipsius in Notis ad Tacitum p. 208.

us. Restarent equidem dispicienda cohortium signa, nisi dracones illorum essent infra Pauli ætatem. Non infitior tamen, apud Tacitum, Livium & Cæsarem occurrere loca, quæ signa cohortibus tribuere videntur. Rosinus ea admisit: Lipsius solide dubitavit, & verosimilius statuit, vexilla ac signa manipulorum intelligi, qui fecerint scilicet Cohortem. (i) Siquis figuram distincti istius vexilli ex ævi Augustei numis, lapidibus ac scriptis adtulisset, quod nemo fecit, nec, opinor, præstabit, non laboraremus. Quare tandem ad rem ipsam veniamus, & ommissa aquila, ad vexilla respiciamus manipulorum. Quod si fecerimus, Pauli dictio erit nitidissima cogitatu, sensu ornatissima, coherentia singulorum verborum uberrima. Vexilla ejusmodi cognitissima erant Galatis, bellicosis antea nationibus, quibus jam milites Romani fere quotidie ante oculos erant, & qui inde ab Augusto in morem Romanum in hoc genere Martis transierant, ut ex §. IV. constat. Quoniam quoque Paulus *hominem Christianum instar militis* crebro repræsentat, (k) & vitam in modum militiæ depingit, atque vitam æternam cum præmio bellico confert, corona scilicet; ideo propter notio ejusmodi symboli.

(i) Dans *la Science des Medailles* p. 209,

(k) *Apolog.* c. 16.

bolica, si cetera momenta conspirent, evolutione est dignissima.

§. 9. Dux summus, cujus ad nutum militibus Christianis vivendum est, censendus est almus sospitator, qui nobiscum est ad exitum sæculi, & summam fidem ac integerrimum exemplum in devincendo Satana præstitit. Imaginiferi ejusdem sunt Apostoli, Pastores & Doctores, non insuper habendi, nec negligentius tractandi ob eum, quem præferunt & demonstrant, Christum. Nos autem omnes sumus milites & commilitones, mutua fide læti, mutuo amore flagrant, eundem scopum anhelantes, simul consistentes, ad nutum ducis intenti & parati. O miseros illos, qui vexillum, Christum, deserunt & ante victoriam torpent! Ad exitum prælii militibus est perseverandum, & honesta mors turpi fugæ præponitur. Væ illis, qui respiciunt & cum Dema caducam pertenuemque voluptatis mundanæ crustam suo amore dignantur. Nemo erit salvus & corolla dignandus, nisi qui constantiam extremam ostenderit. Et quid æquius est, quam sacramentum militare, nomen Christi in crucem acti, continuo venerari, quo ad vexillum tam sacrum sumus jurato obstricti & devincti? Qui vexilla derelinquebant vel hosti ignominiose prodebant vel tradebant, quavis ignominia & pœna adficiabantur. Ita apostatæ & qui in odium

Christiana vitæ vel doctrinæ delabuntur, Christumque dehonorant & hostibus evangelii ludibrio exponunt, exquisitissimis æternisque plectendi erunt pœnis. Honos erat vexillo præstandus & sæpius plusquam humanus, licet illud ipsum vexillo vel illi ritui non sit tribuendum, sed adulatoribus vel adulationem præscribentibus: Christus æterno divinoque honore suscipiendus est, ejusque imago, menti infixæ, intemerata veneratione fulgeat, necesse est. Adoratio tribuenda est Christo summa ejusque dignitas intacta est servanda. Crux blandissimum ejus majestatis agnoscendæ est incitamentum, quare etiam Paulus significanter addidit Christum *σταυρωμενον*, confirmans vexilli symbolum. Ei est imperium orbis, corporum & spirituum, quod multis parasangis post sese relinquit imperium orbis terrarum, quod Romani jactitabant & malo seu orbiculo designabant. Delineatio vexillo imprimebat auream vel argenteam cum imaginem, ut dies & perspicuitas exprimeretur. Annunciatio & scriptura de Jesu plusquam metallicam animo nostro ingerit figuram, nunquam merito oblitendam, ut dies, lux, vita, & opera clarissima e nostris actionibus exsplendescant & læta mansuetudine effulgeant. O imaginem Servatoris pretiosissimam, blandam, patientem, humanam ac mansuetam, victricem  
 omni.

omnium incommodorum ! Ille me in mani-  
 bus suis impressit , (1) ut memoriam mei  
 nunquam deponeret. Non tergo, non pul-  
 veri me inscripsit facile turbando, ventique  
 ludibrio. Imprimam eum vicissim animo  
 meo. Hic erit sacerdotii mei spiritualis cha-  
 racter indelebilis, quem nulla vetustas exe-  
 dat, vel ætas mutilet. Huic meo Impera-  
 tori oportet *πειθεσθαι* obtemperare, quia est &  
 Deus meus & Dominus meus. Milites sæpe  
 ab hoste sollicitabantur, ut transfugerent, (m)  
 æmulatoribus & invidis ( qui *βασκαυοντες* di-  
 cuntur (n) ) victoriam contrariam insi-  
 diose expetentibus. Sunt & nobis, qui  
*βασκαυειν* fascinare, blande adlicere & so-  
 licitare in adversam partem student. Falsi  
 ac perversi Christiani, caro nostra & Sata-  
 nas incontinenter ad sua castra impellere &  
 deducere conantur, quibus ne momentum  
 quidem cedere fas est. (o) Qui vexillo suo  
 potentissimo contempto vilissimis ac infractis  
 D 2 hosti-

(1) Ef. XLIX. 16.

(m) Justinus L. XIV. c. 2. XIII. 4. &c.

(n) Dio Cassius L. XXXVI. p. 14.

(o) *βασκαυειν* est *excantare*, & simul respicitur ad  
 morem Numina & genios urbium, coetuum & ex-  
 ercituum evocandi; quem hostes frequentare so-  
 lebant, ut iacantationibus & diris nocerent, mi-  
 lites redderent pigros & obstinatos, Deos averfos.  
 Videatur Lamb. Bos in h. l. de significato, & de re ipsa  
 Jo. Gu. Berger in *Diff. I. & II. de Evocatione Deorum*  
*ex Oppidis obsessis* 1714. Vitemb. & 1715, 4.

hostibus, seruitio æterno addictis, sese ad-  
 sociat, non potest simul stare cum Christo.  
 Hic est vexillum illud, de quo Esaias: (p)  
 נשא נס לגוים ואסף נדחי ישראל ופרצות יהודה  
 יקבץ ומארבע כנפות הארץ DOMINUS sta-  
 tuet vexillum gentibus & conliget adtenuatos  
 Israëlitas & rupturas Jebudæ congregabit ex qua-  
 tuor plagis terre.. Leo erat inscriptus vexil-  
 lo Judæ invictissimi, symbolum robustissi-  
 mi victoris Christi, leonis de tribu Judæ.  
 (q) Nil igitur est desperandum tali duce &  
 auspice tanto. Transfugæ, si interciperen-  
 tur a suis, capiebantur ac captivorum igno-  
 miniosissime habendorum poena adficiaban-  
 tur, patibulis & scrobibus. Caveat igitur  
 quisque, ne fiat transfuga, & scrobem, sul-  
 phure ac bitumine refertam, cum Satana  
 pro supplicio reportet. Apud Romanos lo-  
 co decessisse, aut omnino stationem fuga  
 deseruisse capitale erat. (r) Quanto magis  
 erit capitale & supplicii plenum, Deum  
 odisse, ejusque nutu posthabito (s) ille-  
 cebras hostium Dei sequi. Hoc sane est in vi-  
 scera sua sævire & sempiterno se compone-  
 re cruciatui. Erat Romanis militibus sti-  
 pendiorum numerus, quo exacto ad quie-  
 tem dimittebantur carpendam & fatigata  
 mem.

(p) XI. v. 12. conf. 10.

(q) Apoc. V. 5.

(r) Tacit. L. I. Annal. c. 61. Polyb. L. I. c. 70.

(s) Polyb. L. I. c. 17.

membra refocillanda. (t) Instat etiam terminus militiae nostrae, quem praematura ac inexpectata saepius mors nobis figit, quo accedente, si vexillo firmiter adhaerimus, quies & gaudium exoritur, laus egregiae fidei, & corona aeternumque ornamentum. (u)

*Vexillum, tu Christe, meum roburque fuisti  
Adsiduo, tua crux languida corda beat.  
Orbem Tu nectis tecum: En sum pars quoque  
mundi.*

*Immo TUI sum pars. Me quoque junge  
Tibi.*

*Præcellens fulgor, nec non tua suavis imago  
Et ducis & regis, nutus itemque tuus,  
Sape mihi ob mentis sitientis lumen oberrant,  
Et mortis tenebras ipse nitore fugas.*

*Da, quæso, vires, tibi quæis constanter adhaerens*

*Perstem, ac obveniat pulcra corolla mihi.*

*Non fuerat licitum, servos quoque bella cedere,  
Id velut insuetum Martia Roma stupet.*

*Tu me fecisti civem, ne servus in armis  
Nequitiae bellem, maxime Christe, cave.*

*In caelo fulgent mea civica jura repostæ:*

*Fac ut eo veniam letitiaque fruax.*

D 3

III.

(t) Conf. Lips. de Militia Romana L. V. Dial. 18. p. 339. sq.

(u) Tac. L. I. Ann. c. 26.

Jo. Christoph. HAREN-  
BERGII,

De CRIBRATIONE,  
quam Satanas Apostolis paravit  
ad verba Christi LUC. XXII,  
31. 32.

MEDITATIO.

SUMMARIA.

§. 1. Christus ex obviis occasionem adripit doctrinae suae symbolis illustranda. §. 2. Indicatur tempus, quo Jesus hoc incisum protulit. §. 3. Ex cribratione Christi cribratio Apostolorum plenius & tristius pernoscitur. §. 4. Mandatum divinum de metendo Omer & facienda inde farina Lev. XXIII. 10. Manipulus fuit hordeaceus. Quid *ἄρ*. §. 5. Manipulus typus Christi α) in agitatione & adductione β) quia initium anni dicebatur. Lucerna media exstincta illucens Christo per passionem, quae fuerat typus. §. 6. γ) quia alios consecrabat fructus: δ) quia petendus erat ex sola terra sancta: ε) Manipulus erat primum & optimum messis: ζ) quia ritus demetendi ac cribrandi &c. mysteriosus: trans Kedronem metebantur, publiceque emebatur manipulus. §. 7. Quis ille arctos heic & Jo. XII. 24. §. 8. Apostoli cribrati.

**S**I Christi, divini oratoris, mellitissimos sermones inspicimus, sæpius ex momento temporis & rei, quæ tum agebatur, via nobis sternitur ad pondera & vim vocum penetrandi. Ita omnia, seu auribus ingererentur, seu oculis essent obvia, a suavissimo Jesu in usum ac emendationem animarum convertebantur, rebusque divinis, quas sub manibus habebat, accommodabantur, ut venerari cogamur eam sapientiam, quæ vel ex tenuissimis minutissimisque rerum temporumque circumstantiis medicinam confirmationemque mortalibus ægris parare ac adferre studet. In monte providentiam firmat ex obviis floribus liliisque: contemplatus vitem in templo, vitem veram ac spiritualem monstrat, ejusque palmites: hordei instantem messem conspicatus messis spiritualis necessitatem ejusque promovendæ gratia exoptandos messoros ob oculos ponit: quum in festo tabernaculorum libamen aquæ celebraretur, aquam animæ, mentisque perustæ optimam recreationem demonstrat. Exemplo hæc nobis suato, ut quævis occasio ad salubritatem animæ nostræ a nobis adhibeatur. *Schriverit* (Gottholds) *ZUPAELLI-GE GEDANCKEN* est liber optimus, attema cogitationes illiusmodi beatius frequen-

ter pensitando ac Deum, summum bonum, respiciendo cogitantur, quam scribuntur. In præsens arbitror, me eandem dulcissimi Jesu consuetudinem deprehendisse, quæ, quum mihi aliquoties instar rosæ suavissimum odorem præbuerit, jam cum aliis communicanda videtur, seu uti recolant sensum odoris ejusdem olim percepti, seu uti ab integro suaveolentem fragrantiam ex dictis a Jesu, immo vel ex uno verbulo capiant.

§. 2. Repetendum est, ne obscuritatis vitio accuser, verba supra adlata, a Jesu esse Petro ingesta, quum cœna Paschalis foret finita. Dies ille erat decimus quintus Nisan, si more Judaico a vespera diem ordimur. Eodem die Christus cruci adfixus est, sed de die, eoque jam exeunte. Ineunte illo XV. die mensis Nisan Christus, non proprio, sed communi Judæorum more, agno Paschali comedendo interfuit. Namque celebravit cœnam Paschalem, quum ἡλθε ἡ ἡμέρα των ἀζυμων, εν ἣ εδει θυεσθαι το παχα venisset dies azymorum, quo fas erat, mactari agnum Paschalem v. 7. Accedit quod hospes Hierosolymitanus pro more discipulis concesserit dederitque locum adparandæ cœnæ, citra ullam contradictionem, & Jesus, ὅτε εγενετο ἡ ὥρα, ἀνεπεσε discubuerit, quum esset justum tempus v. 14. nec Judæi Christum ob ruptam agni Paschalis legem accusaverint. Græci

qui-

quidam (a) Abulpharagius, (b) Jo. Gerh. Vossius (c) Hieronymus Vecchietus, Pontificius (d) aliique nonnulli non tantæ auctoritatis immerito existimarunt, Christum uno die anticipasse agni Paschalis mactationem, quod hinc apertissime elucet. Sunt tamen arietes doctissimorum virorum recentiorum prima fronte tam validi, ut multorum ex improvise mentes subigere queant, quare consulenda sunt illa, quæ doctè & solide responsa sunt eisdem a Joanne Frischmutho (e) Hadr. Relando (f) aliisque.

§. 3. Adpetebat dies XVI. mensis Nisan, quum Christus in cruce moreretur, & aderat, quum humo mandaretur. Sabbatum celebraverat Deus creator, cessans a creatione, quæ jam peracta erat. Idem facit Dei filius, finito redemptionis ac novæ crea-

D 5 tio-

- (a) THOM. SMITH *de Græca Ecclesia hodierno statu* p. 103. ed. Traj. ad Rhen 1698. 8.  
 (b) In HISTORIA DYNASTIARUM p. 72. (113.) *Illud (Pascha) comedit Salvator cum discipulis suis nocte feria sexta, quum illud perficere tempore suo non posset, ideo quod die Veneris crucifixus sit.*  
 (c) In Tr. de Passione Domin.  
 (d) Janus Nicius Erythræus in *Pinacotheca* p. 196. ed. Lips. 1712. 8.  
 (e) In *Diss. de Questione vexata, utrum agnum Paschalem Salvator noster eodem die cum Judæis comederit,* Jenæ 1674. Lips. 1712. 4.  
 (f) In *Antiquitatibus sacris veterum Ebraeorum* P. IV c. 3. §. II. p. m. 407.

tionis opere mirabili, quod verbulo *ππλε-  
σαι* Jo. XIX, 30. obſignaverat. Nocte ipſa  
ingruente, a qua dies XVI. initium capiebat,  
& qua Chriſtus ſ. pulcro erat inlatus, manipu-  
lus hordeaceus metebatur, torrebatur ac cri-  
brabatur. Totus ille ritus eſt maxime typicus  
& in Chriſto capto, divexato, ac Numini  
pro ſanctificandis nobis, veluti reliquis fru-  
menti manipulis tradito & immolato, ad vi-  
vum expreſſus. Ut igitur videamus, quo-  
modo diſcipuli Chriſti, tanquam pars cor-  
poris Chriſti myſtici, ſimilitudine paſſionis  
Chriſti adfecti ſint, pulcrum ac decorum  
erit, ad fontem & caput, Jeſum, recurre-  
re. Hic, quod ſatisfactionem pro nobis ad-  
tinet, ſolus calcavit torcular iræ divinae;  
at quatenus eſt caput eccleſiæ, reliqua mem-  
bra, id eſt, fideles, debent, ad ejus formam  
& normam, tam adſtitionis quam gloriæ  
ſeri participes, *ὅτι ὅς προέγνω, καὶ προώρισεν  
συμμορφῆς τῆς εἰκόνος τῆς ἡμετέρας ἀυτῆς εἶναι, καὶ  
quos ante agnovit, Deus (ut ſuos) eos etiam  
antea deſignavit, ut eſſent participes formæ imagi-  
nis filii ſui Rom. VIII. 29. ut paterentur, ex-  
citarentur, reſurgerent & cum Chriſto ad  
gloriam eveherentur Eph. II. 5. 6. 2. Tim.  
II. 10. 11. 12. Inde eſt, quod exemplo Chri-  
ſti quivis pius libentiſſime ea ſufferre debeat,  
quæ cedunt ad ſalutem membrorum corpo-  
ris Chriſti, *ἵνα καὶ αὐτοὶ σωθῆεν τυχούσι τῆς  
ἐν χεραὶς Ἰησοῦ, μετὰ δόξης αἰωνίου conf. Col. I.**

24. Non enim servus est præstantior domino suo Jo. XV. 20. Reposuit Jesus *thesaurum perpeffionum* saluberrimarum in corpus suum mysticum, cujus partem singula sentiunt membra, unumquodque destinatam proportionem, ut acera ac paleæ expurgentur ac diffugiant. At *thesaurus satisfactionis & indulgentiarum* a solo Christo acquisitus est, & ab eo solo confertur. *Caput verum*, unicumque dispensat ac distribuit thesaurum perpeffionum, sustinendarum a piis: *Caput falso sic dictum* impiis etiam thesaurum satisfactionis ex Christo & sanctis plena manu admetitur in gaudium carnale & securitatem, quæ paleas non abigit, sed contrahit.

§. 4. Præcedat igitur magister, summusque confessor & protomartyr. Sequantur discipuli, cruenti Jesu confessores cruenti. Typi imaginem potissime tribuo Servatori, partem vero discipulis, quos Satanas, quum magistri fodicando calcaneo infidiaretur, subruere ac tentatos suppressere non intermittebat. At de quo typo loquimur? Loquimur de typo demessæ, expurgati ac oblatis manipuli primitiarum hordeacearum, cujus grana tosta, commolita, cribrata, perpurcata ac debite Numini agitata & adducta reliquam messem sacrabant. Moses breviter illum ritum præscribit Lev. XXIII. 10. sq. cujus verba dabo ex versione Sancti Pagnini: *Quum ingressi fueritis terram, quam ego do*  
vo.

vobis, & messueritis messem ejus, tunc offeretis omer primitias messis vestrae ad sacerdotem. Qui offeret omer coram Jehova, ut sit acceptum pro vobis, in crastino sabbati offeret illud sacerdos (qui est XVI. Nisan, quia tunc offerebatur omer elevationis, & ex eo die septem hebdomades plenae ad Pentecosten erant dinumerandae.) Facietisque die, quo offeretis omer, agnum perfectum anniculum, in holocaustum Jehove. Et minbam (fertum) ejus, duas decimas simile permiste oleo, oblationem ignitam Jehove, in odorem quietis (suavis fragrantiae) & libamen ejus vini, quartam partem Hin. Panem vero & polentam & spicam plenam non comedetis usque ad hunc ipsum diem, donec obtuleritis oblationem Dei vestri. מחרת השבת est dies crastinus festi feriati, quo fertum offerebatur, scilicet ratione habita ad praecedentem vesperam, qua manipulus erat demensus. (g) Ille dies crastinus putatur σαββατον δευτεροπροσωτον, secundus respectu praecedentis diei, primique in festo Paschali, primus ratione sequentum hebdomadum, quae erant exinde ad Pentecosten septem, nullo die dempto. Verum σαββατον δευτεροπροσωτον est mensis secundi Ijar sabbatum primum, ubi triticum maturescere incipiebat, uti egregie ad

(g) Abarbanel in h. l. fol. רי"ג col. ז. ed. Hanov. *Indicat מחרת השבת, רוצה לומר כיום השני הפסח diem secundum ex festo Paschali. Onkelos; מחרת יומא טבא die secundo festi*

ad liquidum deduxit D. Salomon van TIL.  
 (h) Primitiæ erant *hordeaceæ*, quia triticum  
 tum nondum ierat in culmos, & hordeum  
 erat præcox frumentum; triticum vero se-  
 rum, quod, licet primo fereretur, ultimo  
 metebatur. AbenEsra ad h. l. תבואה קודם  
 ירידת רגל ירדו ירדו *Ipsæ sunt primitiæ messis hordei.*  
 Ita non minus ceteri Judæi messem hordea-  
 ceam ad diem manipuli adligant. Prodeat  
 in scenam Josephus, qui hoc Antiquitatum  
 (i) Judaicarum palmarium momentum non  
 neglexit. Τη δε δευτερα των Αζυμων ημερα,  
 εκτη δ' εστιν αυτη και δεκατη, των καρπων υς εφερ-  
 σαν, & γαρ ηψαντο πλεονον αυτων, μεταλαμβα-  
 νουσι. Και τον Θεον υγκυμενοι τιμην δικαιον ειναι  
 πλεονον, παρ' υ της ευπορας ταυτης ετυχον, τας  
 απαρχας αυτω της κελους επιφερουσι τροπον ταυτων.  
 Φρυξαντες των φαχυων το δραγμα και ππσαιτης  
 και καταρας πεϑ αλεσων τας κελους ποιησαντες,  
 τω βαμω ασσαριουα προσπαυσαι τω Θεω. Και μια  
 εξ αυτων δρακα επιβαλλοντες, το λοιπον αφιασιν εις  
 χηρσιν τοις ιερευσι. *Secunda Azymorum die,*  
*quæ est mensis hujus Nisan decima sexta, frugibus*  
*demessis, & hætenus intactis, incipiunt frui:*  
*equum rati, Deum hujus ubertatis autorem per*  
*gratitudinem honorari, Hordei primitias adse-*  
*runt in hunc modum. Spicarum manipulum igni*  
*torrent, hordeum deinde pinsunt, atque ita in alicu-*  
*mo.*

(h) In Diff. de Sabbati Deuteroproti vero & justotem-  
 pore Lugd. Bat. 1708. 4.

(i) Ant. Jud. L. III. c. 10.

modum fracti assaronem ad aram offerunt : inde pugillo uno in eam injecto , reliquum Sacerdotum usui cedit. Sotah: (k) -- מנחת העומר באה --  
 : משעורין: Oblatio manipuli ex hordeo parabatur. Accedit quod messis triticea demum ad Pentecostale festum referatur Exod. XXXIV.22. Namque Palæstinæ natura haud multum abluit ab habitudine Aegypti conterminæ. Sub mensem Nisan lædebatur in Aegypto hordeum a grandine , at triticum inviolatum persistebat Ex. IX. 31. 32. quia nec culmi nec aristæ ei fuerunt. Pli-  
 nius idem confirmat (1) scribens: In Aegypto sexto a satu mense hordeum , frumenta septimo metuntur. Targumista initium sementis faciendæ docet nos, in interpretatione Eccl. XI. 2. הַב חֵילֶךָ טָב מִן זֶרְעָא לְחַקְלֶךָ בְּתִשְׂרִי. וְלֹא תִחַמְנַע מִלְמִזְרַע אֶף בְּכִסְלֵי אֲרוֹם לֹא דַתּוּ תִנְרַע מֵהּ יְהִי בְּשֵׂא עֲלֵי אֲרַעָא Dato (serito)

partem bonam ex semine agro tuo in Tisri nec cessato seminare vel in Chasleu , nam ignoras , quid mali futurum sit super terram. Sufficit ostendisse, quod oblatio manipuli fuerit ex hordeo, & quod hordeum elapso Tabernaculorum festo vel circa illud , & postea ad mensem usque Chasleu fuerit satum , in mense vero Nisan demessum. Manipulo addebatur agnus

(k) C. 2. Mischna I. Abarbanel in Exordio in Leviticum c. 2. p. 255. apud de Veil & c. 3. p. 303.  
 (1) Hist. Nat. L. XVIII. c. 7.

agnus anniculus, in sacrificium offerendus, qualis semper anno primo mactari debebat, nec legitimus erat, si vel unica hora excederet annum primum, teste Maimonide. (m) Namque optima erant Deo offerenda & in quibus naturæ vires quidem valebant, sed ad senectutem nondum inclinabant. (n) קלי est, ut porro quædam obscuriora illustremus, *farina facta ex frugibus, spicis in furno exsiccatis, & tostis ac mox molitis*, unde etiam est apud Targumistam (o) קמה קלי *farina tosta*. Raschiüs (p) illud ipsum comprobat, dum inquit: קלי קמה עשוי מכרמל: שמי"בשין אותו בתנור Kali est farina facta ex spica molli, quam arefecerunt in furno. Lutherus plerumque *Sangen*, sed non satis adæquate, quia *Sangen* notant fasciculum spicarum conlectum, non tamen simul explicant farinam inde extritam. Cetera sunt clariora, quam ut prolixius debeant discuti. Nondum tamen ad rem ipsam satis accessimus, quare lector tandem arcem mecum invadat & cardinem rei; ut, dum hucusque mecum per criticas quasdam circui-

(m) De Oblat. c. I. §. 13.

(n) Abarbanel in *Comment. exordio super Leviticam* c. 2. p. 242. apud Ludovicum de Compiegne de Veil post Tr. *Maimonidis de Sacrificiis Londini* 1683. 4.

(o) Ruth. II. 14.

(p) Ad Lev. XXIII. 14.

cutiones exspatiari non gravatus est, jam  
mecum ex Jesu, *antitypo manipuli* (q)  
(Omer,) tranquillitatem sentiat sempiter-  
nam.

§. 5. Tempus, quo manipulus ex hor-  
deo delectus est, incidit fere cum passi cru-  
cique suffixi Jesu extremis cruciatibus; &  
dicebatur יום הנף *dies agitationis*. Siccab:  
(r) החקין רבן יוחנן בן זכאי שיהא לולב ניטל  
במדינה שכעה זכר למקדש ושיהא יום הנף כולו  
אסור *Constituit doctor Talmudicus Jochanan*  
*filius Saccai, ut rami palmarum* (quales in  
scenopegiæ festo Judæi solent gestare)  
*levarentur in altum in urbe septem diebus in me-*  
*moriam sanctuarii* (intra quod per septiduum  
tollebant ac jactabant ejusmodi ramos) &  
*ut sit dies agitationis* (s) *totus ille prohibitus*  
(sublata ac prohibita agitatione manipuli per  
excidium templi.) Idem tempus Paschale  
erat tempus, quo ἀπαρχή, primitiæ nostræ,  
Christus agitationem subiit. *Agitatio erat*  
*rei sacræ elatio in altum, reductio deorsum,*  
*indeque motio dextrorsum & sinistror-*  
*sum.*

(q) Conferri cum his utiq; meretur elegans & demor-  
sos ungues sapiens disc. celebratissimi Herbornen-  
sium Theologi J. Henr. SCHRAMMII, quam de  
*manipulo Hordeaceo ejusque mysterio* vulgavit Fran-  
cofurti propter Oderam a. 1706. T. d. H.

(r) C. III. *Mischnab* 13. & *Rosch haschanah* cap. IV.  
m. 3.

(s) Vocatur etiam ita in *Menachoth* c. X. m. 5.

sum. (t) Crucis figuram exprimebat agita-  
tio. Primus ejus actus nude factus dicitur  
*adductio*, qua res sacra in altum tollebatur è  
regione sancti sanctorum & altaris holocau-  
storum ex altero latere, eum in finem, ut  
externo signo videretur Numini esse dicata  
ac consecrata, cujus שכינה providentia spe-  
cialis in adyto sanctissimo præsto erat. Tem-  
pus, quo Christus resacrandis hominibus  
sele patri in cruce consecrabat, fulgebat ef-  
ficacia ac agitatione Christi Patri suo sacrati,  
atque amore, qui omni intelligentia major  
est, & ad omnes tractus & latera penetrat  
qui est πλαιῖον, καὶ μικρῶν, καὶ βαθῶν καὶ ὑψῶν  
Eph. III: 18. 19. Adductio erat exaltatio in  
crucem, uti ipse indicat Jo. XII: 32. 33. *Et  
ego, si adductus fuero in altum à terra, omnes  
traham ad me. Hoc vero dicebat* (addit Joan-  
nes) *indicans, quali morte exstinguendus esset.*  
II. Manipuli Paschalis tanta est veneratio in  
animis priscorum Judæorum, ut diem XVI  
mensis Nisan *initium anni* (u) dicant: ששה  
עשר בניסן ראש השנה לעומר *Decimus sex-  
tus dies in mense Nisan est initium anni ob mani-  
pulum, respiciendo scilicet ad initium messis  
& proventus. Redemptionis complemen-  
tum est ad eo memorabile, ut novum annum  
novamque temporis periodum inchoaverit.*  
De priori Mosaico corpore ejusque valore  
Class. VIII. Fasc. III.      Ee      &

(t) Abarbanel in *Pentat.* f. טרכ col. 1, ed. Hæv.

(u) *Gemara Rosch baschanah.* 7, 2.

& sine perhibet Christus: *πεπελειται* finitum est. Velum utrumque in templo scissum, & lux potioris lychni in candelabro aureo, tunc violenter exstincta, (x) fœderis antiqui veterisque anni finem novamque fœderis periodum adesse, liquido ostendebant. Lucerna, medio stipiti infixâ, præcipue Christum, lucem mundi, adumbraverat, α) nam sex reliquæ ellychnia sua obvertebant media,

(x) Velum utrumque; ad minimum antè scissum est, Christo in crucem acto, & jamjam mortuo Matth. XXVII. 46. 50. 51. Tum σεισμος, maximus motus ventusque ortus est, qui terram quasavit, petrasque in vicinia rupit, ipsumque velum discidit. Signum iræ divinæ I. Reg. XIX. 11. *Fores delubri repente expansæ & audita major humana vox, excedere deos* (ד'יהוה tres personas, quæ hucusque ibi habuerant אב'דו) simul ingens motus excedentium, Josepho & Tacito memorantur. Fores illæ sunt vela interioris templi. Tac. L. V. Hist. p. 575. *Templum intimis clausum ad FORES tantum Judeo aditus: lumine, præter sacerdotes, arcebantur.* Circiter XL. annis ante excidium fores discissæ, i. e. Christo moriente. Lampas occidentalis tum vento vehemènti patuit, & synagogæ jura tum interiere per *πεπελειται*, quorum firmitatem lux immota istius lampadis indicaverat. Sol, lampas melior, tum citra eclipsin obscuratus, & dies exstinctus. Quid igitur probabilius, quam solem, inter sex planetas interdium obscuros lucentem, in adyto fuisse exstinctum? Circa dimidium decimæ horæ sacerdos eum rursus accendit, pro more אב'דו c. III 9.

diæ, ex stipite prodeunt Exod. XXV: 37.  
 β) sex reliquæ prodibant ex media v, 32.  
 Ita veri doctores, *luminamundi* Matth. V: 14.  
 Jo. V: 35., à Jesu prodeunt, jussi ac missi  
 Jo. I: 33. Matth. XXVIII: 19. 20. suamque  
 doctrinam unice ad Christum referunt ac  
 dirigunt Act. VIII: 37. IX: 22. X: 43. XIII:  
 39. Gal. VI: 14. Ebr. XII: 2. γ) Lampas  
 porro media suum ellychnium obvertebat  
 occidenti, seu sancto sanctorum, quum re-  
 liquæ inter aquilonem & austrum versus la-  
 titudinem essent collocatæ. Maimonides de  
*domo electa* c. III. δ) Lucerna media perpe-  
 tuo lucebat, licet interdum aliquæ ex reli-  
 quis ex improvise, etiam non deficiente  
 oleo, exstinguerentur. Kimchi ad 1. Sam.

הנרו היו דולקי מערב ער בקר אעפ"י 3.  
 שפעמים היו כבות מקצתן בלילה ושמן היו

צותנין בהן במרה שהיו דולקי מערב ער בקר  
 וברוב פעמים היו דולקין ער הבקר ונר מערבי

Lucernæ ar-  
 dent a vespera usque ad tempus matutinum, licet  
 sæpius fuerint exstinctæ ex parte de nocte, ubi ole-  
 um indidissent illis secundum mensuram, ut arde-  
 rent a vespera ad mane. Et plurimis vicibus ar-  
 serunt (a vespera) ad mane. Verum lucernam  
 occidentalem semper deprehendebant ardentem.

Baal Hatturim ad Exod. XXVII: 20. צרות יי

מכבין אותם אבל נר מערבי דולק לעולם:  
*Lucerna sex extinguuntur, sed lucerna occiden-*  
*talis ardet in aeternum.* Christus totus ad vo-  
 luntatem patris sanctissimi respiciebat, &  
 advta coelorum nobis recludenda. Ipse est  
 lux aeterna, extingui unquam nescia.  
 Agnus est lucerna templi aeterni Ap. XXI:  
 2. 4) Lucerna perennis tenebras sancti di-  
 spellebat: Christus tenebras V. T. & igno-  
 rantiae ethnicae dissipavit. 5) Lucerna pe-  
 rennis lucebat ad SSrum: Christus nobis  
 praelucet viam in caelum. 6) Lucerna me-  
 dia dicebatur praefigurare nomen Dei essen-  
 tiale 7) ipsamque denotare gloriae divinae in-  
 habitationem in templo (y) (שכינה) quae  
 licet ad res deperditas sub templo altero an-  
 numeraretur, aliqua tamen ratione ibi ad-  
 fuit. (z) Christus, lux mundi, est *Jeho-*  
*vab*, de quo agit Jer. XXIII: 6. testante R.  
 Saadia Hagggaon (a) & שכינה majestatis  
 divinae fulgor Ebr. II: 3. Ipse Christus est in  
 medio duorum vel trium in timore Dei con-  
 gregatorum Matth. XVIII: 20. ideo ipse est  
 שכינה proprio testimonio. Namque per-  
 vulgata erat inter Judaeos sententia: שנים  
 שישבין ויש ביניה דברי תורה שכינה שרויה ביניהם  
*Ibi duo vel tres sedent, & de rebus legis (sacris)*

con.

(y) Elieser Germanus in *Legem* fol. 156. Abraham  
 Aria in *Schilte gibborim* fol. 101.

(z) Buxtorf. in *Lexico Talmudico* p. 2398.

(a) *Ad Dan.* VII. 13.



I:16. 2. Cor. III: 18. Col. II: 9. ex lumine  
ejus videmus lumen, & illuminatio ac ac-  
censio fidei nostrae tota est ex illo. Ipse est  
Alpha, principium & dux. α) Lucerna illa  
erat ex toto ac puro auro. Christus est pre-  
tiosissimus: αὐτῶν ejus pro mundi redem-  
ptione est longe maximum: Ipse est viati-  
cum & commeatus noster. Cessavit igitur,  
Deo curante, typus, ut veneremur uni-  
cum antitypum.

§. 6. Pergendum ac redeundum est tan-  
dem ad manipulum. III. Ille consecrabat re-  
liquos fructus & permittebat novum pro-  
ventum (g) in urbe. Christus consecravit  
sua oblatione mundum Eph. V: 25. 26. &  
permittit iis uti, quibus lex Judaica inter-  
dicebat Rom. XIV: 17. IV. Manipulus hor-  
deaceus ex sola terra sancta, non ex Syria,  
multo minus e terris gentium, erat petenda.  
Mischnah: (h) כל קרבנות הצבור והיחיד  
באים מן הארץ ומחוצה לארץ מן החרש ומן  
Omnes ob-  
lationes sive publicae sive privatae peti possunt ex  
haec terra (Israelis) & ex terris extra Israëli-  
dem sitis, tam ex novo quam ex veteri, excepto  
manipulo & duobus panibus (Pentecostalibus.)  
Christus ex Judæa ortus est, & extra fines  
ejus non venit. V. Manipulus Paschalis erat

ראשית

(g) Menachoth c. X. m. 6.

(h) מנחות c. VIII. m. 1.

ראשית קציר *primum & optimum messis Lev. XXIII: 11.* Mischnah : (i) חמשה דברים חייבין בחלה החטים והשעורים והכוסמים ושכולת שועל ושיפון הרי אלו חייבין בחלה ומצטרפין זה עם זה ואסורין בחדש מלפני הפסח ומלקצור מלפני העומר ואם השרישו קודם לעומר העומר מתירין ואם לאו אסורין עד שיבא העומר הבא *Quinque res debent componere placentam, triticum, hordeum, spelta, avena & secalis : Ecce hæc concurrere debent ad placentam & conjungi unum cum altero, verum sunt interdicta in mense ante Pascha, & quidem, quod demessionem adtinet, ante manipulum (oblatum.) Si tamen eradica-verint (evulserint) ante manipulum, manipulus ea reddit licita ; at si non sint evulsa, illegitima sunt, usque dum venerit manipulus futurus (in templum ad oblationem.)* Christus est *παναγιστος*, peccati expers ; ipse Deus, *πρωτοπασα πασης κτισως* Col. I: 15. (ratione dignitatis & prærogativæ,) *αρχη* v. 18. *εν παντι αυτη πρωτευου* in omnibus principatum tenens (l. e.,) nosque æque homines suæque naturæ participes, consecrat v. 22. VI. Attendamus potissimum, quæso, ad ritum petendi ac demetendi manipuli. Mischnah : (k) שלוחי בית דין יוצאים מערב יום טוב ועושים אותו כריכות במחובר לקרקע כדי שיהא נוה לקצור וסל

Ee 4 העיירות

(i) פסחים c. I. m. 1. מנחות c. X. m. 7. conf. c. III. §. 5.

(k) מנחות c. X. m. 3.

העירות הסמוכות לשם מתכנסות לשם כדי שיהא  
 נקצר בעסק גדול כיון שחשכה אומר להם בא  
 השמש אומרים הין בא השמש אומרים הין  
 מגל זו אומרים הין פגל זו אומרים הין קופה  
 זו אומרים הין קופה זו אומרים הין בשבת אומר  
 להם שבת זו אומרים הין שבת זו אומרים הין  
 אקצור והם אומרים לו קצור שלושה פעמים  
 על כל דבר והם אומרים לו הין הין הין כל כך  
 למה מפנו הביתוס"י שהיו אומרים אין קצירת  
 העומר במוצאי יום טוב (1) לצרחהו ונתנוהו בקופות  
 הביאוהו לעזרה היו מהבהבין אותו באור כדי  
 לקיים בו מצות קלי דברי רבי מאיר וחכמים  
 אומרים בקנים ובקליחות ואבטיים אותו כרישלא  
 יתמעך נתנוהו לאבוב ואבוב היה פנוקב כדי  
 שיהא האור שילט בכולו שטחוהו בעזרה והדיוח  
 מנשבת בו נתנוהו ברחים של גרוסות והוציאנו  
 ממנו עשרון שהוא ונאכל לכל אדם וחייב בחלה  
 ופטור מן המעשרהכ רכי עקיבא פחייב בחלה  
 ביכ נפה והשאר נפרה ובמעשרות בא לו לעשרון  
 ונתן שמונו ולבונתו יצק ובלל הניף והניש קמץ  
 Quomodo faci-  
 unt? Delegati a synedrio magno exeunt α) VE-  
 SPERE DIEI festi Paschalis, § β) FACIUNT  
 SIBI LIGAMINA ex eo quod conjunctum est so-  
 lo, ut sit quies messioni, § omnes civitates fini-  
 time

(1) m. 4.

time propter eas, qui coibant, eum in finem ut  
 messio institueretur diligentia magna (quia insti-  
 tuebatur cum rixa magna cum Sadduceis,  
 qui XIX. demum die Nisan metebant.) NO-  
 CTE IPSA INGRUENTE, aliquis ex iis roga-  
 bat: occiditne sol? cui alii respondebant. Ita  
 est. Repetebat: occiditne sol? respondebant: Ita  
 est (Et ita tertia etiam vice.) Dein: an hac  
 falce? respondebant: Omnino (ter similiter.)  
 Pergebant: An hoc corbe? Respondebant: uti-  
 que (Etiam ter.) Pergebant: an etiam in sabbato?  
 3) respondebant: Ita est. (Ter) Dein: ME-  
 TAMNE? Respondebant: Mete, (Ter) tri-  
 bus vicibus ad singulas interrogaciones, & ipsi re-  
 spondebant: Ita est. Ita est. Ita est. Omnia hoc  
 modo. Quare? Propter Baithoseos, qui dicebant:  
 Non est legitima messio manipuli in fine diei festi.  
 5) DEMETUNT illum & inserunt illum corbi-  
 bus, ADDUCUNT 1) illum IN ATRIUM (sa-  
 cerdotale) exponuntque illum luci ad stabiliendum  
 eo ipso præceptum de spicea farina. Verba R.  
 Meir & sapientum. Hi dicunt: In 2) CON-  
 CEPTACULIS & LEBETIBUS EXCUTIUNT  
 illum. Ne comprimat (sich brenne) sese, iadunt  
 illum vasi undique perforato, אבוב dicto, ut ven-  
 to totus sit pervius, & expandunt illum in atrio,  
 & ventus eum persilet. Porro eum INSERUNT  
 MOLAE 4) eorum qui fabas molunt & extra-  
 hant inde decimam partem Ephe 3) que CRI-  
 BRATA erat 1) XIII. VICIBUS sed reliquum  
 redimitur & EDITUR A QUOVIS HOMINE,  
 Ee 5 x) &

2) Ille obstrictus est ad placentam, sed liberatus a decimis. Rabbi Akiba devincit eum ad placentam & decimas (reddendas inde sacerdotibus) Accedit decime parti Ephæ OLEUM suum ac THUIS suum λ) cui admiscetur, AGITATUR ac ADDUCITUR pugillus & COMBURITUR (in altari.) Reliquum comedunt sacerdotes. Addi potest, immo debet, quod manipulus meti & adduci deberet ex vicinia מן הקרוב (m) ideoque ex templo descendere solerent delegati, ac, torrente Kedron trajecto, in proximo agro messem sacram facerent. Tandem etiam illud attentione nostra haud indignum est, quod pars agri aere publico emenda esset. לוקחין בתרומה (n) - - - העומר. Sumunt ex Trumah publica manipulum i. e. numos pro manipulo emendo. Jam demum pergimus ad antitypum, Christum captum, passum & resurgentem, in quo potiora momenta ad liquidum repræsentata animadvertimus. α) Synedrium, Principes sacerdotum, & Karaei delegabant Judæum Judam Luc. XXII: 2. 4. & deinde cum eo ministros suos publicos Matth. XXVI: 47. β) instructos ferris, hastis ac funalibus, vinculisque i. e. Luc. XXII: 50. γ) nocte ingruente. immo intempesta ac obducta Matth. XXVI: 31. Tria signa & quasi interrogationes comprehensionem præcedunt.

(m) Menachoth X. m. 2.

(n) שקלים c. IV, m. 1.



percutiebat faciem ejus, solvebat XIII. siclos. *M. schnaitz*; (p) Percutiens socium suum, dat ipsi siclum. החוקק לחברו נותן לו סלע  
 Quod si quis honore effugeret, ei pro inflata alapa solvebantur quinquaginta sicli. (q)  
 Qui alterum conspuerat & vestes ipsi detrahebat, reus erat 400. drachmarum. רקק והניע בו רוקו העביר סליתו ממנו . . . נותן ארבע זוז  
 Qui alterum conspuat, & attingit ipsum sputo suo, & qui detrahit vestem ejus ab eo, solvit 400. drachmas. (r) Taceo pœnas in patricidam, inque eum, qui patrem verberasset, gravissimas. Taceo ignominiam fustium, baculorum & lororum in insontem. Quantas igitur pœnas Judæi non luunt merito suo, qui patrem suum æternum, (אבי עולם) magistrum, prophetam & innoxium magnum percusserunt ignominiosissime! En antitypum excussionis & percussionis. 4) Pergebant Christum veluti commolere, falsis testimoniis, baculis omnique perpeffione iniqua, coarctare. Judæi alioqui testari non debuerunt ea in re, unde utilitatem caperent. (s) At ex Christo interfecto utilitatem, incolumitatem redituum & discipulorum Christi defectionem sperabant Pharisei. Qui in criminalibus testaturus erat, debebat rem

(p) בבא קמא c. VIII. s. 6.

(q) Maimonides de *Lesione proximi* c. 2.

(r) *Baba kama* l. c.

(s) Maimon. de *Testibus* c. 5.

rem vidisse, non audivisse saltem. (t) Testes falsi heic contra Jesum audita testantur, immo mentiuntur, non visa. Denique duo testes simul testari non poterant, sed quisque seorsim testari debebat. (u) At contra Jesum duo simul testabantur. Tanti erat, quem semel odio habebant, odiosum & excarnificandum dare, ne gloria & lucrum, pertenuis crustæ fragilitates, ad spatium brevissimum ruerent. Ita hodie multi multos permolunt, quos, quia tollere avertent, probris fictis ac speciem pietatis e mentitis infestant ex quacunque occasione. 9) Creberrime & citissime Christum agitabant ac veluti cribrabant, quasi ipse, non illi ipsi paleis fuisset infectus. At inscientes Deo parabant frumentum purissimum. 1) A Hanna ad Caipham, inde ad Pilatum, ad Herodem, rursusque ad Pilatum, iterum ad præsides Judæorum, tandemque ad Pilatum ducebant ac reducebant Christum, ut satis cribrarent. 2) Quæ Christo detrahebantur, tandem etiam tunica, adripiebantur a quovis homine, Judæis & ethnicis, utpote in quem omnes sæviebant instar leonum & canum devorandi rabie grassantium. 3) Oleum Sp. S. aderat Jesu, qui in ipsis vinculis de judicio futuro vaticinabatur: Præsto ei erant thura precum, pro impru-

den-

(t) l. c. c. 9.

(u) l. c. c. 17.

dentibus & inscianter peccantibus. *Agitatio* erat evedtio in crucem ibique *adducebatur* patri ut hostia purissima. Ita Christus *παρεδωκεν ὑπερ ἡμῶν προσφορὰν τῷ Θεῷ εἰς οὐρανὸν* Eph. II:2. Adde quod delegati torrentem Kedron, ut eum adducerent, transirent, Judæque pro eo solverent XXX. sicles, pretium servi.

§. 7. Hæ erant illæ primitiæ, nos consecraturæ. Nisi illud granum frumenti cadens in terram mortuum esset, non tulisset fructum multum, ut Sospitator Optimus, respiciens ad manipulum hordeaceum, prædixerat Jo. XII: 24. Σιτος enim non præcise est triticum, sed quodvis frumentum, (x) pro momentis rerum circumstantium determinandum. Non equidem infitior, simul respici ad duos triticeos panes, primitias Pentecostales, sed non solum nec determinate. Ignatii locus de sese, tanquam frumento, dentibus bestiarum commolendo, hinc etiam lucem feneratur. (y)

§. 8. Hinc intelligimus, quomodo ad exemplum perpeffionum Christi Apostoli essent

(x) Syrus quidem *ἄλζα* habet, quod hordeo opponitur 1. Cor. XV, 37. licet hordeum absit a Græco; at vero alibi ea vox quodvis frumentum notat e. g. Matth. XIII, 25. 26. 29, ut *σιτος*. Suicerus in *Tbesauro* T. II. p. 963.

(y) In *Ep. ad Romanos* c. IV. v. 4.

essent cribrandi & infestationibus noxiis expurgandi. Instabat publica cribratio farinae ex manipulo, quum Christus suos admoneret de cribratione Satanæ. Sed cribratio erat perpurgationis adminiculum. Ita tentatione (z) & periclitatione mundabantur Apostoli, præcipue Petrus, (a) in posterum cautior reddendus. Cribratio est concussio. Ita discipuli terrore ac metu concutiebantur; & nisi fugissent, fustibus & vinculis. Cribratio est dispersio ac segregatio unius ab altero: Discipuli separabantur a Jesu, ceteri a Petro, Petrus & reliqui a Juda purgamento. Si opus foret, similitudo posset institui inter cribrationem Christi & Apostolorum. Sed hæc sufficiant. Meditentur alii cumulatoria in hanc rem. Meditatus sum mea, hucusque adlata, die Lunæ post Quinquagesimam, orbe partim in Bacchanalibus hærente Christiano. Quod Satanæ etiam  
 nos

(z) Conf. Suicerus in *Thesauro* T. II. p. 961. 962.  
 (a) Gravissimum sane erat peccatum Petri, in cribratione languescentis, namque α) Christi sese discipulum esse negat. *ex οὐδ'α* hic practice intelligendum de agnitione & adfectione, ut Matth. VII, 23. XXV, 12. Jo. I, 33. Act. XXIII, 5. conf. *Lightfoot in Horis* p. 728. ad Jo. & ad Acta p. 120. 121. *Flacii Clavis Scripturae* p. m. 749. 750. *Quintilianus in Dialogo de Oratoribus* p. 690. *Ed. Lipsianæ pone Tacitum: Mediocres poetas nemo novit, bonos pauci: Nullum in eo periculum, Jesum novisse*

nos cribrare tentaverit, tu, o Jesu, qui plusquam ter decies cribratus es, nobis opitulare, quæso, ut fratres nostros possimus confirmare!

IV.

*κατασχεμα* vel vidisse. At horror similis poenæ ceteros discipulos ad fugam, Petrum ad abnegationem doctrinæ Jesu externam adigebat. β) *ενωμετα πινος* conjunctionem, convivendi ac convivendi commercium indicat. Verum Petri fides non defecit penitus, metu ac horrore ad exiguum tempus suppressa, ut in Hieronymo Pragensi, & aliis; ideoque, juvante Christi precatione ac celesti gratia, lacrymis eam postea largissimis expressit & professus est. Non tamen sunt hæc ad securitatis exemplum trahenda, quibus Christus in flore & regni amplitudine adparet, non in panis & sputo, atque universali contentu. Christianorum nomen in Europa est honorificum, tum contumeliosum. Si columnæ tremuerunt, quid de nobis factum fuisset? Practice nosce Christum ac vivide, ita enim ille *εγω τας οντας αυτες* 2.Tim. II, 19. ne audias istud: *εκ οιδας υμης* Matth. XXV, 12.

*Justi Martini GLAESNERI,*

Conjecturæ

De

Origine vocis MUSULMANNI.

§. I.

**M**ohammedani, ab insigni Arabum impostore Mohammede sic appellati, variis sunt insigniti nominibus. Communiter *Turce* vel *Turei* vocantur, quorum nomen & origo incerta; Ex Scythis vero oriundos se & ipsi & alii plerumque volunt. Multorum hac super re sententias diligenter collegit Joh. Cuspinianus *De Turcorum Origine: Saracenos* etiam appellari omnes sciunt, sed non ita, unde istud nominis. Nomen hoc viros eruditos in varias distraxit opiniones, dedit nobis istas Joh. HOORNBEEK in *summa Controv. Lib. III. p. 83. sq.* BOCHAR-TUS *Phaleg Lib. IV. c. II. p. 213.* Joh. H. HOTTINGER *Thef. Philol. L. I. c. I. Sect. Class. VIII. Fasc. III.* Ff IX.

IX. p. 62. sqq. Hist. Orient. L. I. c. I. p. 2 sqq.  
 ex quibus præcipua, quæ magnos habuit  
 fautores, SCALIGERUM Lib. II. De  
 Emend. Temp. BUXTORF. Lex. Talm. p.  
 1558. v. קרש Schindlerum Lex. Fullerum Mi-  
 scell. L. II. c. XII. Boehartum l. c. Höttingerum  
 Thes. Philol. l. c. Hist. Orient. L. I. c. I. p. 7.  
 &c. qui vocem Saraceni ab arab. سارق  
 latrocinando, furando hujus gentis vitæ ge-  
 nere deducunt. POCOCCIUS vero in No-  
 tis ad Specim. Hist. Arab. aliam ingressus vi-  
 am, illosque ab arab. شرقيين i. e. Orien-  
 tales sic dictos existimat, quam sententiam Vir  
 Cl. Joh. Gottfr. LAKEMACHER in Coroll.  
 ad Diss. De ALKENDI Arabum Philosopho an-  
 nexis nuper amplexus est. (a) Ratio vero in-  
 stituti non permittit originem hujus vocis  
 ac horum populorum disquirere, quod ab-  
 unde

(a) Omnes fere de origine hujus vocis doctorum  
 Virorum sententias adducit, solerterque excutit  
 Georg. Jac. KEHR; Silusia Francus, in dissertatio-  
 ne Lipsiæ a. 1723. habita de Saracenis, Hagare-  
 nis & Maur. Est ea tam erudite conscripta, ut sali-  
 vam nobis moverit, spemque excitarit, fore, ut olim  
 ei Orientales literæ, ad quarum culturam bona-  
 rum literarum studiosos inflammare satis non pos-  
 sumus, plurimum sint debituræ. Arridet docto  
 huic juveni præ aliis sententia Stephani, qui à  
 Saraca, urbe Arabiae Saracenos dictos credidit. Ver-  
 ba poligraphi hæc sunt. Σαρακα, χώρα Αραβίας,  
 μετα τῆς Ναβυταίας, Οἱ εἰκοντες Σαρακηνῶν.  
 T. d. H.

unde a Bocharto, Hottingero ll. cc. aliisque est factum. Nomine MUSULMANNO-RUM etiam hæc gens nobis venit, unde vero nomen hoc acceperit, dispiciendum. De ceteris nominibus ut *Israelitarum, Agarenorum* &c. utpote in vulgari sermone non satis obviis consulendi Höttingerus ll. cc. Hoornbeek. l. c. aliisque.

§. 2. Musulmanni hodie vocantur Mohammedis affectæ, quique religionem Mohammedanam profitentur & *μουσουλμανίζεν* Joh. Meursio in Gloss. græco-barbaro idem denotat; An vero origo vocis ab arab. *موسولمان* Moslem sit petenda, non satis liquet. SCHINDLERUS in Lex. a verbo *שלם* s. *שלום* pacificus fuit, pacem habuit derivat, unde nomen *שלום* pax *שלום* salvus s. salvatus a periculo indeque *مسولمان* Musulman, hoc est, salvatus per professionem fidei Mohammedicæ. Rationem reddit sequentem in modum: Mohammedes suum dogma propagabat gladio. Jubebat enim interfici omnes nolentes amplecti hoc ejus symbolum: *Non est Deus, nisi Deus & Mohammedes Apostolus ejus.* Quicumque igitur amplectebatur, dicebatur, *مسولمان* salvatus, liberatus a gladio & mortis periculo. Mfr. Chastelain in Dict. Etymol. turcicam vocem esse contendit; *C'est un mot Turc, inquit, qui signifie un homme, qui croit ce qu'il faut croire, satis obscure, nec, quid sibi velit satis affe-*

quor. Plerique ipsique Mohammedani a rad.  
 ملام cuius Conj. IV. مسلم est, credidit in Part.  
 موملن Moslemm s. Moslemm recte credentes  
 orthodoxi hinc Moslemi & corrupte Monsul-  
 manis. Musulm. derivant vid. Leunclav. in Ono-  
 mastico. Jo. Christ. WICHMANNSHAU-  
 SEN Diff. De Alcorano §. II. HOTTINGER  
 H. O. L. I. c. I. p. 3. MARRACCIUS ad Sur. II.  
 105. indeque vox مسلم Eslam (qua reli-  
 gionem Mohammedanam insigniunt, ut in  
 fronte Alcorani & Sur. III. 17. 78. Ed. Hin-  
 ckel. Adriano Relando de Relig. Mohammed.  
 p. 4. Ed. Hannov. D' HERBELOT Biblioth.  
 Orient. v. Moslem M. Matth. Georg. Schröder  
 in Tr. Muhammed. Testis veritatis contra se ipsum  
 Præf. §. II. p. 2. legere licet) s. religio vera  
 formatur. Dubitarunt vero Caspar BAR-  
 THIUS in Adversar. L. IV. c. XIII. p. 2549.  
 & Carol du FRESNE in Gloss. Med. & Inf.  
 Latin. v. Musulmani, an non potius a Misu-  
 lamiis Afris nomen & denominatio venerit,  
 quodque non prorsus absonum, in sequen-  
 tibus videbimus.

§. 3. Non negamus quidem Mohamme-  
 danos se ipsos appellare مسلمين Moslemm  
 recte & vere credentes; Imo Mohammedes se  
 ipsum nominat primum Moslemorum Sur.  
 VI. 163. XXXIX. 14. (quod Adrian. Relan-  
 dus, de Relig. Mohammed. Sect. I. c. IV. p.  
 19. primum s. precipuum Moslemorum ex-  
 plicat,

plicat, quia Mohammedes Patriarchas, Prophetas & præcipue Abrahamum Sur. III. 60. XXII. 77. & Marraccii Prodom. P. IV. p. 87. imo & Apostolos Sur. III. 45. ed. Hinckel. qui diu ante Mohammedem vixerunt, Moslemos nominaverat, quam tamen conciliationem M. Matth. Georg. SCHROEDER I. c. c. II. §. XV. p. 26. non admittit) an vero nomen Musulmannorum inde acceperint, merito dubitamus. Moslem & Musulmanus differunt & denominatio ista a convenientia quarundam literarum orta. Nomen Musulmannorum tempore Chaliphatus Osmani s. Othmanni ortum, victis ac debellatis Misulamiis Numidiæ propriæ populis, cum quibus Mohammedani se conjunxerunt & nomen horum populorum parva verbi immutatione facta ob suavem significatum assumerunt.

§. 4. *Misulamii* autem Plinio H. N. L. V. c. IV. *Misulani* Ptolomæo Geograph. L. IV. c. III. *Misulami* Tacito L. II. Annal. cap. LII. *Musulani* Floro L. IV. c. XII. Tacito L. IV. Annal. c. XXIV. *Musulami* Aurelio Victori in Claudio c. IV. *Musulamii* Paulo Orosio L. VI. c. XXI. *Musulani*, erant Numidiæ propriæ s. Massylorum, quæ & Nova dicitur, populi, de qua conf. Cellarius Geograph. Antiq. P. III. L. IV. c. V. p. 167. sqq. Ptolomæus l. c. in confinio Mauritanæ Cæsariensis ad Ampsagam fluvium sub Audo

monte a Ptolomæo l. c. collocati versus Africa propriæ solitudines , in occasum autem magis quam versus austrum locandi , quia accolæ habebant Mauros teste Tacito L. II. Annal. c. LII. Ptolomæi mons Audus fortasse idem qui Procopio L. VI. cap. VII. περικισματων p. 116. Ed. Reg. Mons Aurasius quem L. I. Vandal. c. VIII. p. 196. περιθιμμενων προς μεσημβριαν in meridiem vergere dicit ut Cellarius l. c. p. 187. adnotavit. conf. Joh. Stadius ad Flori. l. c. Hi populi erant late vagantes vagabundis pabulationibus dediti & Nomades dicti teste Solino c. XXIX. pag. 320. Plinio L. V. c. III. venandi peritia excellentes ob ferarum multitudinem qua regio ista abundabat inde a vagando Numidia dicta ut Strabo L. II. p. 194. XVII. pag. 1190. VII. p. 460. Ed. Amstel. ζωντες απο θρεμματων, και γαλακτος, και τυρι και μαλισα ιαπων ε pe- core , lacteque & caseo maximeque equino victitantes. De Numidis in genere testatur Strabo L. VII. p. 478. bello magis quam latrociniis fuisse deditos. Οι Νομαδες πολεμισαι (ι. πολεμικοι) μαλλον εισιν η ληστεικοι. πολεμισαι δε υπερ των φορων, επιτρεψαντες γαρ εχειν την γην πωις εθελουσι γεωργειν, αντι ταυτης αγαπωσι φορας λαμβανοντες τας συντεταγμενας, μετεις τινας και ως περιουσιαν αλλα εις τα εφημερα και τα αναγκαια τε βιω μη διδοντων δε αυτοις πολεμεισιν -- και απευποκτασι δε δυναμει πεποιδότες, ως τε η αμυνα θει εφιδως επιοντας η κωλυσαι την εφοδον. Nomades bello

bello magis quam latrociniis sunt dediti, bella gerunt propter tributa, agros enim suos colendos, iis, quibus lubet, concedunt, contenti pro locatione certo stipendio, eoque non ad abundantiam, sed ad necessarios quotidianæ vitæ usus temperato: § non persolventibus bellum inferunt -- Quod autem stipendia non solvunt alteri, faciunt, viribus suis confisi, quia aut propulsare adventantes aut etiam aditu arcere se posse sentiunt. Quod Strabo in genere de Numidis, illud in specie de Musulamiis videbimus qui etiam magna gessere cum exteris bella. Paulus Orosius L. V. c. XXI. Tunc etiam, inquit, in Africa Musolamos § Getulos latius vagantes Cossus Dux Cesaris arctatis finibus coercuit, atque romanis limitibus abstinere metu compulit. Aurelius Victor in Claudio c. IV. Retenti, inquit, fines s. dati imperio romano Mesopotamia pro Oriente, Rheus Danubiusque ad Septentrionem; Et a meridie Mauri accessere provinciis demtis regibus post Jubam, cæsaque Musulamiorum manus §c. Tacitus L. II. Annal. c. L. II. Musulanorum valida gens § solitudinibus Africa propinqua; Et L. IV. Annal. c. XXV. sq. testatur a P. Dolabella cæso Tacfarinate Musulanorum duce, hanc gentem fuisse devictam. Cumque igitur Mahammedis successores doctrinam ipsius propagarent reliquasque Orientis provincias sub potestatem redigerent, regnum hocce ita dilatarunt ut sub Chalipha. III. Osmanno s. Othmanno Cyprum, Rhodum, Afri-

cam invaderent & Misulamios, qui erant Africae populi debellarent ut Cedrenus pag. 431. *Theopbanes* Chronogra. h. p. 285. ed. Reg. Herbelot. Biblio h Orient. v. *Othman* Abu. Pharaus Hist Dynast. p. 116 Quemadmodum Mohammedani conjunctis Saracenis & Turci Saraceni & Turcae s. Turci dicti; sic debellatis & conjunctis Misulnamiis Mohammedis affeclae Musulmanni dicti.

§. 5. Amant autem nomen Musulmannorum, non, quatenus a Misulamiis Afris deductum, sed quia suavem habet significatum. Eligunt Imperatores praesertim Muslimici ea nomina quae meram spirant devotionem & studium pietatis praeseferunt ut Hotting. H. O. L. II. c. V. p. 276. sqq. pluribus probat exemplis. Sic Omar Chalipha II. Muhammedis אמרא למו אמני Imperator fidelium nuncupari voluit, Abul-Pharajus Dyn. IX. p. 110. Hotting. H. O. L. II. c. V. p. 275. Chronicon Orientale p. 64. Ed. Reg. Sic e contrario vocem Saraceni averfantur & per contemptum a Christianis ita vocantur, quia in lingua arabica notionem furandi & latrocinandi involvit. Sic notat Leunclavius in Onomastico Osmanos milites & aulicos moleste ferre cum eos quis Turcos, (quod nomen est a pascuis deductum, & significat id quod graecum Νομάδες, παρα των νομων) seu rusticos appellat. Ideoque in ipsorum Comoediis semper introduci Turcum aut Turcman,

Turcman, veluti rusticum vid. Camerarii  
Hor. subcis: Cent. II. c. XXIII. p. 94. Si  
gratam nomen Turci haberet significationem  
non averfarentur. Et hæc est causa, quare Mo-  
hammedani *Musulmanni* dici volunt.



V.

*Andree RITZII,*  
Helvetii,

Reactoris scholæ Naslovio-*Deci-*  
*ensis*

Cogitationes de Origine

Vocis *OSERN*, qua Germa-  
ni *paschatos* festum indicant.

§. I.

**C**Um eruditionis cupidorum sit, non  
solum omnes Res, quas Imbecilli-  
tis ingenii nostri scire & compre-  
hendere valet, perscrutari; sed  
etiam Vocabulorum significatio-  
nem, quibus animi sui Sensa exprime-  
re solent, perspecta habere: à pluribus,  
Ff 5 quos

quos hæcenus consulere licuit, eruditis, & libris quin etiam plurimis evolutis, significationem & derivationem vocabuli *Ostern* apud Germanos Christianos, & Judæos tristissimi, sed, si opinio me non fallit, æque obscurissimi, expiscari sedulus tentavi, sed fere irritò tunc temporis conatu. Quod sane animum meum admiratione ea perculit, quod eruditos æque ac ineruditos, plebejos, & primi quoque ordinis homines, circa vocabulum, in omnium & ætate provectorum & Infantium balbutientium ore vulgarissimum, una mecum cespitare deprehendi, ut vix major animum meum subierit. Operæ pretium igitur duxi, conjecturas meas, quæ aliorum mentem & opinionem pensando sese mihi obtulerunt, chartis tradere, & ubi forsan rem acu non tetigi, aliis occasionem præbere, ut veram hujus vocabuli significationem & derivationem promere possint. Præmissis igitur aliorum opinionibus, & conjectura quadam mea, quæ mihi haud ita pridem à vero non aliena videbatur, meliorem, quæ postea veritatis Nominis & Lumine sese mihi commendavit, exponam, Judicium penes singulos æquos & candidos lectores relicturus.

§. 2. Plurimi, iique fama & eruditione celeberrimi Viri, vocabulum hoc originis existimant germanicæ. Neque sane ratione destitutos opinor, cum Græci, Latini, Galli, Itali,

Itali, etiam Belgæ, Festum illud nomine Paschatis, originis, ut notum est, hebraicæ appellitent; soli autem Angli & Germani, inter hos etiam Judæi hodierni, nomine Ostern exprimant, unde conjicere fas est, vocabulum hoc esse originis germanicæ. Notum enim est Anglos Saxonum, adeoque Germaniæ esse Coloniam. Qui cum soli cum Germanis nostris in more habeant, ut hoc Festum Ostern nominent, quis amplius dubitaret originem germanicam, huic vocabulo attribuere? sive saltem morem hoc festum ita appellandi, à voce Germanis usitata deducere.

§. 3. Sed unde erit deducendum? Utrum ab Osten / quasi sit Festum orientalis plagæ? an ab Ursünd / quasi ab Auferstehen / vocabulo corrupto? an vero ab Austragen / quod hominis docti cujusdam placitum fuit, (a) vocabulum quoque corruptum existimantis?

§. 4.

(a) Bartholomæus Scheræus in *συμπληρωσις ἱεραγωγίας* p. 89. derivationibus adductis addit reliquis non solidiorem, quasi Ostern / dicatur, à Christo, qui vocatus sit Ost stern / i. e. stella matutina. Sed, Germanis illa stella nunquam dicitur Ost stern / & si ita diceretur, quid hoc ad festum hoc? Adeoque non id placuit Th. Marschallo, cujus sententiam hac de re ex obs. ad vs. Anglo-Saxonicam p. 427. de promptam hanc habe. *Nisi vocis Eastren vel Eostrun munitum Venerabilis viri auctoritate mentem meam præoccupasset, haud gravata*

§. 4. Quod ad primum attinet, mihi & aliis, licet tantæ literarum transpositioni & omissioni obnoxia non sit, ac duo posteriora vocabula; Derivatio tamen hæc à vero remota videtur, eo quod nullum non festum hoc nomine insigniri possit, cum omnia ortum suum orientali plagæ debeant, neque ab aliis certa quadam differentia discriminaretur, quod tamen in reliquis omnibus animadvertere est. Dubium forsan insuper est, utrum hoc vocabulum germanicum an gallicum aut belgicum sit, sive utrum à Germanis ad reliquos, an vero ab his ad Germanos translatum sit. Verum quidem est, Hospinianum de origine festorum, cum de festo paschatis agit, aliam hujus derivationis rationem adducere, sic enim ait: *Alii (vocabulum Ostern) ab Ost deducunt, quod Germanis est Oriens, unde & Austria Osterreich dicitur, quod in Oriente, vel orto sole resurrexerit Christus.* Licet autem vocabulum hoc Ostern quam proxime accedat alteri Osten / & nemo neget, vel Christum

*te subscriberem Germanorum originationi, quæ Paschæ Christianorum aptissime accommodatur. Dicunt illi suum Ostern fieri per metathesin ab Utorstænd, hoc autem veteribus usurpatum fuisse pro Aufstændniß resurrectio. Quod autem alii deduxerint ab Ost / Oriens, quia in feriis paschalibus celebratur Ortus solis justitiæ, sive resurrectio Christi à mortuis, mihi quidem videtur id longius petitum. Hæc Me. T. d. H.*

stum in oriente, vel sole exorto resurrexisse: nil nisi Analogiam tamen literarum, & allusionem quandam vocabuli unius ad alterum deprehendo. Quod si quis sufficientem inde festi denominationis rationem esse judicet, per me licet suo fruatur sensu. Mihi tamen hoc firmum sedet, quodcumque festum appellationem suam trahere, vel à persona, in cujus honorem institutum, quemadmodum festa Apostolorum, & Martyrum, & sanctorum in Ecclesia romana evidenti sunt argumento; vel à singulari circumstantia temporis, uti festum Pentecostes, i. e. quinquaginta dierum à Paschate peracto; vel à fine alicujus festi, & ceremoniis eum in finem institutis, uti Festum Tabernaculorum, apud Judæos; Festum Expiationis apud Judæos hodiernos dictum *der lange Tag* / apud Christianos, *der Fast-Buß- und Bet-Tag* / & quæ alia sunt ejusmodi festorum nomina: nunquam autem, quantum equidem scio, sola nominis ad quandam vel festi, vel temporis circumstantiam allusione niti. Hinc non absque ratione hanc Festi appellationem rejicere mihi videor.

§. 5. Secundum quod concernit vocabulum *Urständ* / fateor, plures esse, qui hujus opinioni adstipulentur. Inter alios, videlicet quoque Hospinianum de origine Festorum, de Festo Paschatis dicentem, *Germani vocant*  
*Ostern*

*Ostern* voce corrupta ex *Uhrstehnde* / quod resurrectionem notat. Certum quidem est, vocabulum hoc scopo hujus Festi in memoriam resurrectionis Salvatoris nostri instituti, & in locum veteris Paschatis surrogati, apprime convenire. Neque inficias ire licet, antiqua vocabula germanica admodum esse mutilata, & à derivatione quandoque sua aliena, vel potius à nostro loquendi more plane remota. Sed cum pace Virorum clarissimorum hæc annotare liceat. I. Cujuslibet vocabuli literas radicales ut plurimum retineri, ut derivatio illius haud ita obscure pateat, quod tamen in hoc vocabulo non animadverto. Licet enim facile liqueat, pro syllaba *auf* / potuisse; imo veterum dicendi more, consuetum fuisse dicere; & hodie adhuc quibusdam in locis præsertim in Palatinatu & Helvetia in usu esse dicere; *Uf* / & pro *Uferstehen* / *Uferstehen*; hinc facile nasci potuisse *Urstehen* / unde *Uhrstehnde*. Sed miror, hoc vocabulum non retentum esse, neque ullum apparere vestigium, quod hoc Festum unquam sit appellatum *Uhrstands-Fest*. II. Scire a veo, qui factum sit, ut pro *Uhrstand* / sive *Uhrstehnd* / dictum sit *Ostern* / *Ur* mutato in *O*. & *stern* pro *stand* / vel *stehnde*? Quæ Metathesis & omissio literarum uti mihi ignota, ita neq; absque ratione mihi facta videtur, cujus tamen cum ratio nulla appareat, vix ac ne vix quidem, imo plane

plane non à me impetrare queo, ut *Uhrstand* & *Ostern* idem vocabulum esse existimem, sed derivationem hanc nominis ab altero nimis longe petitam, autumem. III. Huc accedit, quod Judæos germanos eodem nobiscum vocabulo uti deprehendo, quos neutiquam opinor, ubi Derivationis & Significationis vocabuli hujus gnari essent, (& quis eos ignarus ejusdem linguæ nobiscum peritos, credet?) unquam vocabulo hoc usus fuisse, cum nemo nesciat, vocabuli hujus significationem Festo suo Paschati plane non convenire, ipsosque Memoriam Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi professos & infensissimos esse hostes. Quibus rationibus inductus, neque huic, quanquam tritæ Doctorum opinioni, calculum meum addere possum.

§. 6. Ut taceam de voce corrupta *Austrag-Fest*. Quum enim hoc potius Paschati veteri, & quidem primo, quo Israelitæ Massas suas azymas extulerunt, conveniat, (nisi quis dicere velit Christum, corpus suum è sepulchro extulisse) & majori adhuc vel saltem pari corruptione præ altera laboret, non est, cur in eo rejiciendo multam operam præstem.

§. 7. Hæc & alia ejusmodi animo pensanti cogitatio quædam seu conjectura incidit, forte vocabulum hoc natales suos græcæ debere linguæ. Nempe die illo, Christianos, vel precibus, vel hymnis, pia & gra-

grata mente memoriam Resurrectionis Christi recolentes, ab initio eorum exclamasse, vel psalluisse, Ω ΣΩΤΗΡ. Cujus de frequente usu tandem diem festum ipsum suam appellationem traxisse, atque Germanos, quippe discipulos doctrinae christianae Patrum graecorum, de accentibus, seu pronuntiatione graeca non admodum sollicitos, penultimam vocabuli σωτηρ corripuisse, tandemque per syncopen compendii gratia, graecos imitatos pronuntiasse: ωτηρ. Ostern unde Oster-Tag / Oster-Fest. i. e. Heilands-Fest. Huic conjecturae favere videbatur, tum, quod unica saltem litera per Syncopen omittitur, quod sane esset res haut magni momenti, & ubique obvia, seu tritissima, ut conquirendis exemplis merito superfedere possim, id unicum tamen adduxisse sufficiat. Festum Pentecostes, quod citra omnem controversiam a vocabulo graeco Πεντηκοστή derivatur, germanicè exprimitur Pfingsten / à quibusdem Pingsten. Quis autem hic non videt Syncopen integræ Syllabæ antepenultimæ Πεντε & literæ ο. in penultima Syllaba, ut ex Πεντεκοστή, germanicum sit natum vocabulum Pen-g-sten / sive Pfingsten / quod cum in hoc Fest. manifestissime appareat factum esse. cur non in altero quoque putares admitti potuisse? tum, quod non solum, uti ex antedictis liquet, affirmare auisim, derivationem eam ipsi rei atque diei  
huic

huic sacro haud male convenire, sive Christianos, sive Judæos considerem. De prioribus res extra dubitationis aleam posita est, cum salus hoc die in lucem protracta, teste Apostolo Rom. IV: 25. *qui propter peccata nostra (in mortem) traditus, & propter justificationem nostram resuscitatus est.* Ad posteriores autem quod attinet, neque illi haberent, quare vocabuli hujus usum aspernarentur, memores enim liberationis ex servitute Aegyptiaca per Moysen olim comparatae, neutiquam Christianis connivendo exclamare possent, *ω σωτηρ*. Oster. i. e. Heiland / hoc nomine Deum invocantes. Quam verisimilis tamen hæc conjectura sit, sunt tamen aliæ rationes, quibus inductus, album meum calculum illi ademerim. Nempe, quod neque ullis precum, vel hymnorum exemplis, sive ob curtam meam librorum supellectilem, sive ob memoriam labilem illam fulcire, neque usum ita loquendi, vel diem denominandi, apud græcos invaluisse, probare possim. Deinde potior mihi videtur sententia vocabulum Osteri esse vocabulum antiquum Germanis usitatum, uti in prioribus jam innui. Quod si sit, omnis hæc conjectura falsa fuerit oportet.

§. 8. Sed aliam adhuc opinionem Hospinianus l. c. adfert, ajens. *Alii tamen derivant à latina dictione hostia, quæ est Christus, pro peccatis nostris immolatus.* 1. Cor. 15. unde pa-

*schales oblatæ die Osterfladen / quæ olim hoc tempore parabantur, ab offerendis hostiis dictæ.* Quid de hac derivatione censendum, facile cuivis erit perspicuum, modo ad scopum hujus festi attendat, quod ab omni retro ævo in memoriam resurrectionis Domini nostri Jesu Christi institutum fuisse hætenus traditum est; cujus tamen hæc dictio ne unica quidem literula mentionem injicere potest. Sed commodior inde fieret denominatio Festi diei veneris Salvatori nostro peremptorii, vulgo *Char-Freytag* dicti. Inde mihi inferre fas esse credo, hujus opinionis Auctores potius ad literarum utriusque vocis Analogiam, quam ad scopum sive significationem vel nominum, vel festi respexisse, adeoque pari jure explodendam esse. Quod autem de *Osterfladen* adjicitur, non minus ab alio nomine, quam ab hostiis derivari potest.

§. 9. Venio tandem ad ultimam & multis (b) sane eruditis probatam de hoc vocabu-

(b) Inter eos nominare liceat *Besselium* in Notis ad Eginh. c. VII. p. 43. editionis venustissimæ Schminckianæ. Phil. *Cluverium*; nostratem, Germ. A. L. I. c. 27. Paulum *Hachenbergiam* in Germ. med. d. VIII. §. 12. Justum Georg. SCHOTTELIUM d. L. Germ. p. 1017. Christ. BECMANNUM de Orig. L. Lat. p. 259. Joh. *Loccenium* in Antiq. Sueo Goth. L. I. c. 5. C. *Sagittarium* in Antiqu. Magdeburg. §. 35. 10.



item das Wort und Fest Ostern kommen / so die Engelländer nennen / eum in finem citans Hospinianum de origine festorum (de quo supra) Niceph. Greg. Lib. VIII. Hist. Rom. Cap. de Paschatis correctione. Idem testatur Nerretterus in additionibus ad Rosæi Gottes und Gögendienst in Europa. Fünffter Abtheilung §. 4. p. 931. editionis anno 1701. ex Beda citans L. de temporum ratione c. 12. daß die Anger: Sachsen / wie sie in Britannien kommen / den Monat April ihrer Göttin Eostre gedienet / welcher nun der Ostermonat genennet würde.

§. 10. Dispicendum igitur, qualis hæc Dea fuerit, (c) quo tempore illa ab antiquis culta sit. Prius quod concernit sub nomine *Eostre*, sive *Eostar*, *Eoster*, *Estar*, *Ostar*, (imo,

(c) Edita est de hac *Astera* sive *OSTERA* Saxonum heic loci a. 1701. dissertatiuncula *Lunebergii MUSHARDI*, Viri docti & in antiquitatibus Germaniæ versatissimi, & elegantium carminum Conditoris. Natus is erat Lockstedæ, qui Ducatus Bremensis pagus est, fatis autem immaturis concessit ad d. XI. Maji a. 1708. æt. XXXVI. eodem, quo ejus *Monumenta Nobilitatis antiquæ, familiarum in ducatibus Bremensi & Verdensi* lucem adspexerant. Per duodecim annos primum Subrektoris, ut vocant, & deinde Conrektoris munere in schola, quæ in hac urbe ædi cathedrali annexa est, functus fuit. Videbimus tamen observatione sequenti ante *1508 μενων* de illa *Ostera* nobis aliquod spicilegium relicum sit. T. d. H.

(imo, uti ex clarissimi Joh. Jacobi Hottingeri literis, quibus me colere dignatus est, didici, etiam Easter scripto) nisi multum me fefellerō, Deam illam græcis Ἀστάρτην dictam, latere autumo. Prima enim litera vocis Eoster, mihi Articulus videtur esse fœmininus ἡ, quem plerique Germanorum exprimunt per E., uti notum. Sive jam dicas Ostar, Oster, sive Astar, sive Estar, habes duas syllabas priores dictionis Ἀστάρτης. Vocali una saltem hujus vel alterius Syllabæ cum alia permutata, quod res haud ita mira, quando vox linguæ peregrinæ in aliam adoptatur, si permutationem quandam patitur. Id autem passim fieri, nulli, qui studia linguarum diversarum vel à limine saltem salutavit, obscurum esse potest. Ultima autem syllaba per Apocopen deest. Fortasse enim Saxones à principio vocabulum hoc pronunciarunt Eostart, postea autem Eostar. Multum autem mihi gratulor, quod animadverti, Cl. Nehrrettero cum mea Sententia congruere, ita enim l. c. scribit de Luna: Bey den gar Alten ward er Mann/ und folgend Mond genennet. Was bey den Egyptern die Isis, das man bey den Teutschen der Mond / daher solcher nach der Hand Hisa hiesse. Bey den alten Sachsen hieß er auch Estar / Ostar / Eostar, davon das Festwort Ostern herkommen soll; bey den Phœniciern und Assyrern hieß er (als Luna) Astarte,

(und Atergates) welcher Nahme gleichfalls ziemliche Verwandtschaft mit jenen hat.

§. 11. Videamus jam unde Dea ista, qualiscunque etiam ea sit: nomen suum sortita sit. Hoc vocabulum autem sine dubio deducendum à voce chaldaica אַתְרֹתַי formæ emphaticæ, quæ in simplici אַתְרַי Asteret dicitur. Unde græci & latini dicunt Astarte. Notandum autem in hebraica lingua nunquam scribi Astereth, sed semper Astoreth, & ter saltem quidem in singulari 1. Reg. XI: 5. & 33. 2. Reg. XXIII: 13. frequentissime autem Astaroth, in plurali. Uti Jud. II: 13. X: 6. 1. Sam. VII: 3. 4. XII: 10. quod verum & genuinum Dææ nomen videtur, à quo reliqua corruptionem aliquam passa, derivari existimo. Sunt autem qui hujus nominis significationem interpretentur ovem, unde Hebræi quoque opinantur, Deam hanc vocatam esse אַתְרֹתַי, quod imago & statua illis fuerit forma ovis, eo quod vocabulum hoc significet ovem, uti videre est Deut. VII: 13. & XXVII: 4. אַתְרֹתַי ovium Gregem tuam. Hinc etiam Rossæus in Religione Asiatica Quæst. 4. v. 6. ita de eo loquitur. Astaroth oder Astarte war die Göttin der Zidonier/ das Wort bedeutet eine Heerde Schaf / oder Schafstall; diese wird gehalten für Juno, Venus oder Lucina, unter welchen Nahmen/ und der Gestalt eines Schafs sie den Mond an-

anbeteten / gleich wie sie die Sonn anriefen  
 unter dem Nahmen Jupiter und der Gestalt  
 eines Widder. Sed licet hoc vero admo-  
 dum simile sit dictum, neque à rei veritate  
 multum abludat, posito enim per Deum  
 Bahal Jovem indigitari, sive solem, & per  
 Astarten Junonem, sive Lunam, quorum  
 ille sub figura Arietis colitur, accommode  
 sane Juno sub figura Jovis repræsenteretur;  
 nulla tamen satis firma dantur Argumenta,  
 quibus evinci possit, eam vel inde Appel-  
 lationem traxisse, vel sub ejusmodi figura  
 cultam fuisse. Cum enim in Sacra Scriptura  
 vocabulum hoc semper exprimat *עשתרות*  
 (videsis loca superius citata) dubio procul ge-  
 nuinum hujus Deæ nomen est Astaroth, cujus  
 derivatio & significatio ex hebræa lingua  
 petenda. Nempe vox videtur composita  
 ex *עשתה ארות* fecit Lumina. Unde abje-  
 cta terminatione feminina ה prioris vocis, &  
 litera quiescente א secundæ, dicitur *עשתרות*.  
 Notandum autem hanc Deam non tantum  
 dici facere Lumen, sed Lumina in plurali,  
 ob tres potissimum Luminis phases. Luna  
 enim (quam postea per hanc Astarten intel-  
 ligendam esse demonstratum ibimus) dat  
 lumen vespertinum, quando est in primo qua-  
 drante, & crescit; deinde Lumen totius no-  
 ctis, quando plena; postea Lumen matuti-  
 num, quando iterum decrescit. Vel quod  
 per Annum totum variæ dentur Luminis

Mutationes. Septuaginta igitur interpretes in errore fuisse videntur, qui ll. cc. hebraicam dictionem reddiderunt *תמיס' אסטרוθ*, & *'Asegr-7aus*, ac si plures fuissent Deæ, cum una saltem sit, & mox Astoreth mox Astaroth scribatur, quemadmodum etiam mox *לַבַּי*, mox *בַּעַלִּים* scribitur, & unus saltem Deus Jupiter, sive sol intelligitur, qui multas & diversas habuit statuas, pluribus in locis positas. Verum quidem est esse terminationem pluralis, sed numerus iste non Deæ, sed diversis Luminum phasibus convenit, quæ Luna emittit.

§. 12. Restat, ut inquiremus quænam illa Dea sit, quæ sub nomine Astaroth, sive *Αστρουθ* adorata sit? Ex antedictis enim liquet, alios mecum existimare, Deam Astarten fuisse Junonem græcorum & latinorum, cujus sub nomine Sidus illud nocturnum lateat. Hanc conjecturam sequentia confirmant argumenta? Quod derivatio & significatio nominis *עשתרת* quemadmodum diximus, nulli Paganorum Deitati melius conveniat, quam Lunæ, quæ Juno vulgo dicitur in cælo, Diana in terris, à die, quod splendore suo ex nocte quasi diem facit.

II. Quod Astaroth & Bahal in sacris literis semper conjunctim memorantur, neque ferè ullus locus invenitur, ubi Astarte separatim, Bahale omisso, nominetur, quod certissimo est indicio, has duas Deitatis species in gentilium Theologia connubio copu-

pulatas creditas & cultas fuisse. Quum autem omnium antiquitatis eruditorum, & Sacrae Scripturae interpretum consensu, per Baal indigitetur Sol, sive graecorum & latinorum Jupiter, quidni per Astarten Baali conjunctam intelligeremus Junonem sive Lunam, quae teste Virgilio, se ipsam Jovis conjugem nominat. L. 1. æn. 50.

*Ast ego, quae Divum incedo Regina, Jovisque  
Et soror, & conjux.*

Id quod praeter loca superius memorata insuper patet ex Jud. VI: 28. & 1. Reg. XVIII: 19. ubi *באל* & *אשרת*. (quod alterum Deae Astaroth nomen est, quemadmodum Seldenus Syntagm. II. c. 2. de diis Syris demonstratum reddidit) conjunguntur. III. Huc faciunt Testimonia antiqua virorum *αυτοπρωτων* & *αυτοχρονων*. S. Augustinus enim Africanus, & vicinus urbis Carthaginis celebratissimae, quae Phoenicum erat Colonia, expressis testatur verbis in Quæst. in Judices, quæstione 16. cap. II. v. 13. uti ex Seldeno l. c. didici, cujus verba adducit: *Solet dici Bahal nomen esse apud gentes illarum partium (Africanarum scilicet) Jovis, Astarte autem Junonis; Juno autem sine dubitatione ab illis Astarte vocatur. Quod sane ita confidenter prolocutus non esset, nisi certe de Africanorum, suo tempore adhuc idololatriæ phoenicum & Orientalium deditorum, constante tradi-*  

Gg 5 tione

tione instructus fuisset. Hinc etiam notissimum est, Carthaginem sub praesidio Junonis peculiari fuisse, teste Virgilio L. 1. aen. 19.

*Quam Juno fertur terris magis omnibus unam  
Posthabita coluisse Samo.*

Et Horatius Lib. II. Odarum I: 25.

*Juno & Deorum quisquis amicitior  
Afris, inulta cesserat impotens  
Tellure*

Cui alter accedit, Auctor ille, qui sub nomine Luciani circumfertur, qui in libello περὶ Συρίας θεῶν ita scribit: Ἀσάριον δ' ἐγὼ δὴ καὶ Σεληνάων ἐμμεναί. Qui testis omni exceptione major habendus, quum sacris veneris Syriae initiatum semetipsum fatetur, adeoque de Theologia Syriaca & opinione de diis & deabus suis certissimus fuerit oportet.

§. 13. Quamvis autem omnia, quae hanc in rem dici debebant, in apricum posita videantur, haud levem tamen mihi difficultatem (d) oriri video, quae totum hoc conjecturarum systema subruere potis est. Tempus enim (quod alterum est, quod §. 10. dixi nobis inquirendum esse) quo haec Dea Eostar colebatur, & à qua Mensis Aprilis Ostar-monat dicebatur, vene-

(d) Videtis, quae ad hanc difficultatem remouendum adducemus Obs. seq. §. 9. T. d. H.

veneris potius meminisse nos jubet, quam Junonis, eamque hoc vocabulo Eostar indigitari cogitandi mihi ansam præbet. Constat enim inter omnes Aprilem apud Romanos Veneri sacrum fuisse, teste Ovidio Lib. IV. Fastorum, qui ita canit, v. 13.

*Venimus ad quartum, quo tu celeberrima, Mens-*  
*sem,*

*Et vatem Æ mensem scis, Venus esse tuos.*

Et v. 61.

*Sed Veneris mensem grajo sermone notatum*

*Auguror; à spumis est Dea dicta maris.*

*Nec tibi sit mirum grajo rem nomine dici,*

*Itala nam tellus gracia major erat.*

Sunt quidem etiam nonnulli, qui Aprilem ab aperiendo, quasi Aperilem, quod verum omnia aperiat, sive quod tunc fere cuncta gignantur, & nascendi claustra natura aperiat, dictum voluerint, quos tamen Ovidius refutat, ultimam rationem veneri quoque tribuens, eodem libro v. 85. & seqq.

*Quo non livor abit? sunt qui tibi mensis hono-*  
*rem*

*Eripuisse velint; invidiantque Venus.*

*Nam quia ver aperit tunc omnia, densaque*  
*cedit*

*Frigoris asperitas, foetaque terra parit.*

*Apri.*

*Aprilem memorant ab aperto tempore dictum  
 Quem Venus injecta vindicat alma manu.  
 Illa quidem totum dignissima temperat orbem.  
 Illa tenet nullo regna minora Deo.  
 Juraque dat cœlo, terra, natalibus undis,  
 Perque suos initus continet omne genus.*

Postea enarratis amoris viribus tandem concludit v. 115.

*Hanc quisquam titulo mensis spoliare secundi  
 Audeat? à nobis sit procul iste furor.*

In eadem opinione Horatium fuisse legimus, qui ambo, priscis temporibus propinquiores, de vocabulorum linguæ suæ nativæ derivatione nobis quoque certiores fuisse credendi, ita enim hic Lib. IV. Od. XI. 14.

*-- Idus tibi sunt agenda  
 Qui dies mensem veneris marina  
 Fundit Aprilem.*

Mensis igitur hic dicitur à venere marina, quæ à spuma maris & cruore genitalium Saturni in mare projectorum progenita dicitur à Poëtis, inde Ἀφροδίτη dicta, & mensis ab illa quasi Aphrilis, aspiratione autem omissa, Aprilis. Cujus præsertim primus dies sacer erat, quo, ut ex Ovidio liquet, matres nurusque ac Virgines Deæ effigiem totam lavabant, eique flores & rosas in manus da.

dabant, eamque supplicibus verbis placabant, sperantes fore, ut ab ea & formam, & mores, & bonam famam accepturæ sint, ut & connubia prospera, qua de causa etiam verticordia dicta. v. 160. Notatu sane dignum est, quod hæc circumstantia temporis festo nostro Paschatis sive Osterfesti / apprime congruat. Sacræ literæ enim Exod. XII. nos docent, festum Paschatis, 14. die mensis Nisan, qui, omnium antiquitatum hebraicarum peritorum consensu, à dimidio fere mense Martii, certe à Novilunio illius incipit, celebrandum fuisse. Itaque si à mense hoc medio, qui triginta & uno diebus absolvitur, quatuordecim vel quindecim dies computantur: primus dies Aprilis, qui fuit festum veneris, seu Deæ nostræ Eostar, Astartes, clare nobis appareat. Verum quidem est, nullum certum dari vestigium, quod Germani eum ipsam diem, primum nempe Mensis Aprilis festum habuerint, quemadmodum Romani, cum loci supra memorati nullam ejus mentionem faciant. Hoc tamen vero simillimum est, primum forte hujus Mensis festum saltem primarium veneris fuisse, eo quod integer Mensis ab hac Dea fuerit vocatus Eoster-monat. Consuetum nempe credo, vel a primo festo, ad minimum primario, nomina rebus esse imposita; a potiori enim uti in rebus aliis, sic & hoc in casu factam fuisse denominationem,

nem; nullus dubito. Cum igitur festum veneris, festo nostro Paschatis proximum fuerit, atque forsan aliquando eodem tempore & die, prout Novilunium Martis vel mature, vel sero incidit, celebratum sit: bene potuit fieri, ut vocabulo olim consueto Eostar-fest/ Christianum nostrum loco illius substitutum, ita nominaretur.

§. 14. Videamus igitur, quomodo hanc opinionum discrepantiam conciliare possimus. Certum enim est ab una parte Deam Astarten fuisse antiquis Phœnicibus, atque Syris, & Zidoniis & Afris Junonem. Certum quoque Romanos Mensem Aprilem veneri consecrassent. Dicendum igitur Mensem Aprilem vel Junoni, vel veneri nomen suum Ostar-monat debere, quarum alterutri Germani eodem tempore sacrificia obtulerint. Ex §. 9. patet autem Besoldum expresse Eostre, Eostar de venere explicare. Huc facit explicatio derivationis vocabuli Astartes Nherretteri in additionibus ad Quæst. 2. V. Abtheilung. §. 5. von dem Freytags-Bild der alten Sachsen / cujus diei Deam venerem esse dicit. ajens: Gleich wie nun die Venus bey den Syrern Astarte hiesse / also scheint auch dieser Name aus der Scythischen Sprach herzukommen. Denn Aft heißt bey den alten Schweden so viel als die Liebe / welches nochmals in casu obliquo Astar ausgesprochen wird. Also wird die Liebes-Göttin

von den alten Gothen Astartydia, oder auch  
 Astartod genennt: (forſan die Göttin Aſtar,  
 oder der Gott Aſtar, Venus enim olim & De-  
 us & Dea dicebatur, vide Selden. Synt. II.  
 c.2. (ſo nun der mittlere Buchſtab g. ausbleibt/  
 komt heraus der bekante Gögen-Nahme Aſta-  
 rod; und weil od ſo viel als eine Herrſchafft  
 oder Beſitzung bedeut/ iſt Aſtarod ſo viel als  
 eine Liebes-Befreyung. Cui tamen opinioni  
 vel derivationi ſubſcribere nolo. Hoc ſal-  
 tem exinde liquet, eum nomen Aſtarte ſive  
 Aſtaroth veneri applicare, quamvis alio in  
 loco (vide ſupra §. 11.) idem nomen Lunæ,  
 vel Junoni tribuat. Reliqui autem Aucto-  
 res §. 9. in medio relinquunt, vel ſaltem  
 non definiunt; cui Deæ tribuendum ſit. Fa-  
 cilis autem eſſet hæc opinionum diverſarum  
 conciliatio, ſi Apulejum L. XI. Metamorph.  
 ſequeremur dicentem; *Dianam, VENEREM,*  
*JUNONEM, Minervam, Cybelen, ſive matrem*  
*Deorum, Cererem, Proſerpinam, Bellonam, He-*  
*caten, Rhamnufiam, Iſidem eandem Deitatem eſ-*  
*ſe, cujus numen unicum multiformi ſpecie, ritu va-*  
*rio, nomine multijugo, totus veneretur orbis.*  
*Eam eſſe rerum naturam, parentem, elementorum*  
*omnium Dominam, ſeculorum progeniem initia-*  
*lem; Reginam Manium, primam cœlitum, Deo-*  
*rum Dearumque faciem uniformem, quæ cœli lu-*  
*minosa culmina, maris ſalubria flumina, infero-*  
*rum deplorata ſilentia, nutibus ſuis diſpenſet.*  
 Quicquid autem ſit, cum tamen Venus di-  
 ver.

versis in locis, variis sub imaginibus, ritibus atque ceremoniis quin etiam diversis adorata fuerit, atque Vulgus eam aliam Deam crediderit, non confundenda cum aliis erit. Si opinari licet, facile inducor ad credendum, vocabulum Astarte, licet Junoni proprium sit, & significet luminosam, quo nomine passim appellatur, uti Terent. And. II. 1.

*Juno Lucina fer opem, serva me obsecro.*

& Catullus in Carmine ad Dianam. 35.

*Tu Lucina dolentibus*

*Juno dicta puerperis*

*Tu potens triviae, & notho es*

*Dicta Lumine Luna.*

Veneri per errorem quendam tributum esse, cum Pausanias in Atticis; Sozomenus l. i. c. 4. & Apulejus l. i. c. 4. Met. mentionem faciant veneris Uraniae, quae tamen ipsa Juno est, teste Herodoto in Lib. I. sive Clio de Arabibus refert, eos Uraniam sub nomine Alilat & Alitta coluisse, ait nempe: *non alium agnoscunt neque colunt tanquam Deum, praeter Dionysium, quem vocant Urotalt; & Uraniam, quam appellant Alilat.* Clarum autem est, Alilat, vel Alittam derivari à hebraea voce תלילה. sive תלילה. noctem significante, quia Juno, sub nomine hoc adorata, nocte splendet & dominatur. II. Nomen Urania, apud

apud Hebræos & Phœnices significat אורני  
 sive אורן inde אורניא græce Ουρανία, latine si  
 interpreteris, *luminosa*, Junoni sive Lunæ  
 optime convenit, quod proinde non à græco  
 vocabulo Ουρανία celestis derivandum uti  
 græci Autores opinati sunt, proptereaque Ve-  
 nerem dixere cœlestem, eamque cum Dea  
 Syria, quæ Venus erat, confuderunt,  
 sed ab אורני lumen dante deducendum.  
 Quia igitur antiquitus Astaroth & Ουρανία  
 duo erant vocabula ejusdem Deæ Junonis,  
 quo posteriore Juno dicebatur Venus Urania,  
 facile fieri potuit, ut nomine hoc Dea Syria,  
 quæ Græcorum & latinorum, adeoque & Ger-  
 manorum Venus est, per errorem insignire-  
 tur. Quare etiam Pomey in Pantheo mythi-  
 co, in Epithetis Veneris recenset Nomen  
 Astartes, quæ à Sidoniis, Stellæ figura culta,  
 vulgoque vocata sit Dea Syria, quam eandem  
 fuisse ac Lunam, quosdam scripsisse, ait, eum  
 in finem citans Epiphani. contra Hæres. Eu-  
 feb. l. 1. de præparatione evangelica, Lucia-  
 num de Dea Syria. Hincque factum  
 fortasse, ut in sequioribus temporibus nomen  
 Astarte Veneri fuerit tributum, cujus de  
 nomine olim Saxones mensem Aprilem, qui  
 Romanis Veneri sacer erat, eos forte imi-  
 tati, Ostar-monat appellarint, & festum hoc  
 mense celebratum Osterfest dictum sit.

§. 15. Quamvis perinde sit, ut tandem  
 finem faciam, si quis Antiquitatum Germa-  
 Class. VIII, Fasc. III. Hh nica-

nicarum me peritior demonstrare possit veteres Saxones, Græcorum more hoc mense præcipue Junonem coluisse, sive Apollinem & Dianam, i. e. Solem & Lunam, quorum beneficio terra foeta reddita sit, qui propterea mensem istum *θαργηλιων*, à sacrificio expiatorio, *θαργηλι* dicto, & Dianæ, quæ nostra Juno est, oblato, nominarunt, utrum de nomine Junonis, sive Astarte, terram uti Venus foecundantis, an de Venere, sive per errorem, sive propter idem munus fertilitatis nempe terræ, quam Junoni quoque acceptam ferebant, Astarte, *Ασρατη* dicta festum & mensis hic appellationem suam traxerit. Hoc nimium evidens mihi videtur, Ostar, Eoster, Easter, & si quæ alia sunt nomina ab græca voce *ασρατη*, originem suam deducere, sive jam Dea illa Juno, sive Venus fuerit, unde mensis Deæ isti, *Ασρατη* dictæ, sacratus, nomen suum acceperit Ostarmonat & Osterfest. Si alii autem fuerint, qui mihi adstipulari nolint, rationes eorum lubens audiam.

THEODORI HA-  
SAEI,

ad praecedentem dissertationem  
ΕΠΙΜΕΤΡΟΝ, five

De Saxonum idolo  
OSTERA

*Observatio.*

Argumentum.

Duplex de OSTERA Bedae locus, *Ostarmonath, Eofre, Osterfachs.* §. 1. Cur ejus tam parva apud veteres mentio. Multi loci ab ea nominati. *Osterholt, Osterhagen, Ostergoa, Ottersberg, Osterlandia, Esterhan.* §. 2. Serarii & Calvoerii loca de Biele, Astaroth, in Osteroda cultis. §. 3. 4. Ex illis notatur origo ignis paschalis, *Osterfyr.* §. 5. Et varia alia. *Biel* non alius est à Baal. §. 6. OSTERA eadem fuit cum ASTAROTH & ASTARTE. Quod ostenditur (α) ex nomine, quod idem est. *Ostar & Astar.* O & A saepe miscentur. *Ostrache & Astrache, Goo, Gau, Gogravii. Astringa & Ostringa.* §. 7. Ex locis (β) & tempore (γ). Quomodo ex Asia ejus cultus huc penetraverit. Ille ubique locorum diffusus est. §. 8. Occurritur objectioni, quod Astarte fuerit luna, Oстера autem Venus, ad-  
eoque haec cum illa eadem esse nequeat: Osten-

ditur Astarten quoque fuisse Venerem & summam  
 idolorum gentiliam fuisse commixtionem. §. 9. Skin-  
 neri & Leibnitii de Ostera cogitationes. §. 10.  
 Disquiritur, (A) quomodo Osterae nomen in his  
 regionibus notum in Angliam dilatatum fuit? sc. fa-  
 ctum id est ab Anglis Saxonibus, quibus EA-  
 STRON est pascha §. 11. Quomodo rursus  
 factum ut pascha sit dictum Ostron apud solos Ger-  
 manos & Helvetios. Anglis Christi notitiam  
 Germani debent. §. 12. C. Cur non idem nomen  
 aliis populis vicinis, v. gr. Suecis &c. innotuit. §. 13.  
 Translatio nominis festi Christianorum a festo  
 ethnicorum illustratur simili exemplo. JUL fe-  
 stum, nunc natalis Domini. Unde dictum? Jul  
 poculum. Ἰουλιον ἀσμα: Jolla, jolly. §. 14. Hylle-  
 va à Cainianis culta. §. 15.

§. I.

**C**um superiori schediasmate eruditus  
 ejus auctor sibi accedendum esse  
 judicaverit sententiae illorum, qui  
 vocem Germanorum, qua illi fe-  
 stum colendae memoriae resurre-  
 ctionis Dominicae sacrum insigniunt, a Dea  
 Ostera (a) arcessendum censent, hinc nata mi-  
 hi

(a) Adde illis, quas modo p. 458. excitavi Sam.  
 Bochartum in Can. L. I. c. 42. p. 676. & in judicio  
 de Ant. Goselini Veterum Gallorum historia in  
 Opusc. p. 1307. Conferre etiam licet G. Rothii,  
 Rectoris Stadani, non ita pridem immaturo saeculo  
 extincti, programma aliquot pagellarum a. 1723.  
 editum. Didericus Stadenfis, de lingua veteri Ger-  
 manica insignite meritis, in explicatione vocum Ger-

Ger-

hi duplex est observatio cum de isthoc,  
 quam nominavi, majorum nostrorum ido-  
 lo, tum de etymo vocis **ASTARTES** &  
**Astharoth** in sacris literis plus vice simplici  
 commemoratae. Utrâque, quæ dicta sunt,  
 & illustrabuntur & confirmabuntur. *Illam*  
 nunc contemplaris, *haec* autem propediem  
 sequentis fasciculi pars erit. Osteram no-  
 mini festi paschatos inter Germanos origi-  
 nem dedisse qui putant, sequuntur omnes  
**BEDAM**, qui Venerabilis vulgo dicitur:  
 En ejus verba, quae in L. de temporum ra-  
 tione c. XIII. Tom. II. Opp. ed. Colon. p.68.  
 leguntur. *Aprilis Eosturmonath*, qui nunc  
*Paschalis mensis interpretatur*, quondam à *Dea*  
*illarum*, quae *Eostre* vocabatur, & cui in illo  
 *festa celebrant*, nomen habuit, a cujus nomine nunc  
 *paschale tempus cognominatur*, consueto antiquae  
 *observationis vocabulo gaudia novae solemnitatis*  
 *vocantes.* Hic Bedae locus passim ab aliis  
 adductus est. Rarior tamen est ejusdem al-  
 ter, qui in L. de temporibus in impressis codi-  
 cibus quidem non exstat, sed quem ex li-  
 bro MS. quem Glareanus a. 1545. Basileam  
 miserat, servavit Seb. Munsterus L. II. Cos-  
 mogr. observante *Colomesio* in Opusc. Ham-  
 H h 3 burgi

Germanicarum, quibus Lutherus usus est, p. 467.  
 ab hac sententia discedit, & mavult *Ostern* didu-  
 cere ab *Ostern* / oriens, orientalis, quia sol tum  
 intrat signa orientis, **Sed** quisque suo abundet  
 sensu.

burgi editis p. 287. *Veteres Anglicani populi numeraverunt menses suos secundum cursum lunae, appellantque lunam Monam, & mensem Monath; Decembrem vocant Haleg Monath, id est, sanctorum mensem; EOSTER vel ESTAR monath, id est, Paschalem mensem, idque a Dea quadam, cui Teutonici populi in Paganismo sacrificia fecerunt tempore mensis Aprilis, quae EOSTRE est appellata. Praeter hunc neminem scio priscae aetatis scriptorum, ejus fecisse mentionem. Illius tamen mensis Ostarmonat memoria occurrit apud Eginhardum, qui illud nominis imposuisse Carolum M. mensi Aprili in ejus vita scribit p. m. 133. Confer quoque Goldastum in Alem. RR. script. T. II. p. 65. ubi ille mensis vocatur Ostarmanoth. Hinc descendit Ostersachs, i. e. sica paschalis, qua festis diebus cingebantur, ut explicat Goldastus in N. ad paraeneticos p. 430.*

§. 2. Tametsi itaque tam rara idoli illius memoria in veteris aevi commentariis existat, non tamen vel id magnopere mirandum, quod paucissima aut nulla fere illius aetatis majorum nostrorum monimenta nunc quidem supersunt, neque inde concludendum, talem Deam nunquam cultam fuisse. Quod enim in libris deficit, abunde compensatur illorum locorum & lucorum frequentia, qui olim Osterae cultibus consecrati veteris idololatriae vestigia in nominibus suis, etiam nunc retinent. Et ut nunc  
vel

vel intra fines finitimi Bremensis ducatus nos  
 contineamus, bina sunt loca non ultra  
 lapidem unum alterumve ab urbe posita,  
 quae utraque dicuntur *Osterholte*, i. e. *Oste-*  
*rae nemus*, & in quibus vetus adhuc traditio  
 culti olim talis idoli viget. His adde vicos,  
 pagosque alios, quorum appellationes ejus-  
 dem paene sunt significantiae *Osterbagen*,  
*Osterath*, *Osterndorp*, *Osterwede*. An  
 huc quoque pertineat *Ostergoa*, cujus jam  
 meminit Carolus M. in diplomate, quo ec-  
 clesiam Bremensem fundasse legitur apud  
 Adamum Bremensem, non asseveraverim.  
 Potius referrem in hunc censum arcem dice-  
 cesis Bremensis tribus ab urbe miliaribus fi-  
 tam, quae olim in ditione & potestate fuit  
 Comitum de *Welp*, deinde autem Bremen-  
 sibus meis paruit, *Ottersbergam*, quae quon-  
 dam dicta fuit *Ostersberga*, (b) i. e. mons  
*Osterae*. *Osterlandiae* haud ignobilis Misniae  
 tractus, num ab illa Dea in testificationem  
 cultus pariter nomen inditum fuerit, disqui-  
 rit V. C. Ad. RECHENBERGIUS in diff.  
 Tom. II. P. II. d. 18. §. 2. 3. Ipsius Galliae lo-  
 cis idem venisse usu suspicatur S. Bochartus  
 cujus in Opusc. pag. 1307. haec verba sunt.  
*Forfan huic eidem Deae (Aester) a Saxonibus*  
*oim Bellocassici agri incolis loca proxima dicata*  
*sunt, quae nomine ESTERHAN insiguntur. Sa-*

Hh 4 xvi.

(b) Vide *Hameln*. in *Opp.* p. 693. & 744.

*saxonicæ enim Esteræ domicilium significant, quæ illorum Dea exstitit : Haec Bochartus.*

§. 3. Nimis ad rem, quam, ut prætermitti possint, faciunt verba, quæ ex Leznero produxit Nic. SERARIUS in Rerum Moguntiac. L. III. n. 21. p. m. 474. ubi cum de Bonifacio narrasset, eum destruxisse idolum Retto, ita pergit; Factum adhuc hominum memoria, ut in deturbatæ superstitionis memoriam luculentus ipso resurrectionis die ignis, qui paschalis etiam alibi vocatur, excitaretur. Hinc in Thuringiam sese contulit Sanctus, & in itinere in BIELIS montanis Rbumam flumen versus, ubi hodie Katelaburgum est, Deastrum alium BIELEM deiecit, eoque in loco, UBI nunc OSTERODA monasterium, olim Brunonisroda, rursus alium, qui ASTAROD vocatus. Suum tamen illum BIELEM cura magna requisierunt idololatrarum Saxonum aliqui, & juxta locum, in quo Ilfeldense modo cœnobium, illum rursus erexerunt, unde adhuc hodie appellatus locus Bielftein. Haec ille, quæ deinceps ab aliis passim repetita & confirmata fuere.

§. 4. Neque minus commemoratione digna est Vetus traditio, quam ex rituali necio quo exhibet S. R. Caspar CALVOERIUS, Theologus doctrinae pariter & moderationis laude insignis, in Saxon. gentilis & Christianæ P. III. L. II. c. 5. videlicet rudera vetusti lapidei aedificii, quod olim in colle qui urbi imminet, conspectum fuit, reliquias esse fani, in quo olim Dea Asbareth fuerit culta, quæ a Saxo. Crabris

bris in has oras fuerit translata. Et ab hac Asta-  
roth nomen suum traxisse urbem Osterodam quod  
Rode veteri lingua significet lucum excisum, quia  
eo in loco olim lucris cultibus illius Deastrae sacer  
fuerit visus.

§. 5. Dolendum est, non allata esse docu-  
menta, ex quibus hae narrationes depromptae  
sunt, ut, quantum in iis praesidii sit, appa-  
reat. Interim tamen, cum non cogitan-  
dum sit haec temere, ex mentiendi tantum  
quadam lubidine efficta esse, haud dubie il-  
la suo fundamento non caruere. Quapro-  
pter fricanda haec arista paululum est, &  
quid in his lateat, investigandum. Nimirum  
(a) videmus originem ritus illius vetusti, quo  
tempore festi paschatos ignes soliti fuerunt  
accendi, scilicet, *conservatam memoriam de-  
turbatae superstitionis*. Sed quid, si potius re-  
liquias esse dicamus caerimoniae, quae inter  
paganos vetustissimos viguit, olim in hono-  
rem Osterae nostrae institutae. Convenit  
enim nomen; Dicitur enim Ignis Ostherae,  
sive *Osterfyr*. Congruit tempus. Accenditur  
enim primo vere, quod tempus Osterae  
olim sacrum fuit. Neque abludit res ipsa.  
Quum enim Ostera, nihil aliud notet, quam  
sidus vel astrum, ut pluribus alias videbitur,  
ejusque cultus nihil aliud sit, quam cultus,  
astrorum, sive ignium caelestium, par erat  
illam accensis ignibus potissimum coli. Po-  
tuit autem fieri, ut mos ille retineretur in-

sequentibus temporibus, cum in *deturbata*  
*superstitionis*, tum in orientis eo tempore ju-  
stitiae solis memoriam.

§. 6. Cum (β) porro audimus, ubi *Aste-*  
*rat* vel *Ostera* culta fuit, ibi quoque adorari  
solitum Deastrum BIEL, cui non cogitatio  
de Deo בלעל vel B. lo, vel Beleno confestim  
animam subit, & quis non videt heic factum,  
quod a temporibus vetustissimis in Syria fi-  
nitimisque regionibus factum est, ubi &  
בלעל cum עשתרות (vide Jud. II: 13. X:  
6. 2. Reg. XXIII: 14.) & Belum cum  
Astarte & Baal cum Baalti connubio stabi-  
li junctos fuisse constat. Praeterea (γ) nar-  
ratur cultum *Osterae* in oras Germaniae  
superioris allatum esse à Saxo-Cimbris; ad-  
eoque ille praecipue viguit inter Cimbro,  
sive Anglo-Saxones, & sic intelligi potest,  
qua ratione illius memoria traducta fuit in  
Angliam, sc. per Anglo-Saxones, id est, il-  
los populos, qui saeculo quarto Brema sol-  
verunt, atque illam fortunatam insulam oc-  
cuparunt. Denique (δ) animadvertimus,  
eandem, quae dicta fuit *Ostera*, quoque ap-  
pellatam fuisse *Astheroth*.

§. 7. Certe hanc ab illa non diversam  
fuisse, (ε) non unis inducor rationibus, ut cre-  
dam. Convenit enim (κ) primo *Nomen*.  
Ne.

(ε) Gaudeo id quoque approbari calculo magni Be-  
charti, & in Canaane L. I. c. 42. p. 676. & in  
Opusc. p. 1307.

Neque enim impedit terminatio *oth*, quae in Astaroth, neque *te*, quae in Astarte occurrit. Illud enim est nota pluralis *ni*, quae more populorum incolentium orientem, qui ad rei praestantiam ac magnitudinem indicandam res plurium nomine efferebant. Terminatio autem *te* est foemininum *n*, quo Ebraei, Chaldaei, Syri, Arabes, populique contermini utuntur. Unde & aliquando legitur *Astar* illa abjecta, ut apud Philastrum L. de haer. c. 17. & 27. cujus tamen jocularis error est, quando ex *Astar* & *Astaroth* facit homines & feminas. Neque morari quemquam debet, quod *Oster* vocetur, non *Astar*. Id enim ex more petendum est vulgari, quo inferioris Saxoniae populi a fere pronuntiant ut *o*. Et, ut illud tantum triga exemplorum confirmem, ex ipsa hac, de qua agitur, voce petitorum, *Astur* & *Austur* mediae aetatis scriptoribus significabat accipitrem, sed & illa vox scripta fuit *Ostor*, ut videre potes in Du Cangii Gloss. T. I. p. 367. 368. Ita Alfridus in vita S. Ludgeri apud Leibn. in script. Brunsv. T. I. p. 86, meminit loci *Astrache*, qui nunc *Doccinga* (i. e. *Doccum*) vocetur, ubi S. Bonifacius trucidatus fuit, eandem autem paulo postea p. 89. vocat *Ostrache*, i. e. *Ostergau*, (*Othlo* in vita Bonifacii L. II. c. 26. vocat *Oster* & *Westeriche*, Surius *Oester* & *Westerriche*,) hoc est, terra *Osterae*, à γῆ Graecorum, unde nostrum

gau, goð, góben, uti vocantur pagi ad ditio-  
nem urbis nostrae spectantes, unde Gograwi  
i. e. iudices agrorum vicinorum. Est quo-  
que pagus in comitatu Oldenburgico, qui in  
diplomate Ottonis II. a. 983. dicitur *Astringa*.  
In privilegio ecclesiae Bremensi ab Adriano  
data *Asterga*, in Chronico Bremensi MS. *Aster-  
gaa*, in continuatore anonymo Gregorii  
Turonensis *Astrachia*. At idem in scholis ad  
Adamum Bremensem *Ostraga*, & hodie  
*Ostringa* dicitur. Vide Meibomium de pagis  
Saxoniae. Sed & (ג) conspirant loca, in qui-  
bus utramque venerabantur, quæ erant  
תורא, ἄλσωθ, nemora, luci, unde & huic & il-  
lij *Nemorensis* titulus non minus ac Dianæ  
convenit; Neque (ג) discrepat cultus *tem-  
pus*, quod utrobique fuit vernum, mense  
Aprili.

§. 8. Non autem miremur Astartes cul-  
tum in septentrionales has oras ex Asia tra-  
duci potuisse, cum ignorare nemo possit,  
Germanos nostros populorum Orientis esse  
propaginem. (d) Idque eo potuit fieri fa-  
cilis,

(d) Quod sane verum est, vel si repudiare velis  
traditionem Judæorum qui teste Aben-Efra in Oba-  
diam vi. 20. statuunt, בני ארץ אלמניא הם  
ו. כנענים שברחו מפני בני ישראל quod  
terrae Alemanniae incolae sint Cananaei qui fugerunt a  
facie filiorum Israel. R. David Kimchi in eundem lo-  
cum ita scribit; ואמרו בקבלה כי בני ארץ  
אלמניא

eilius, quo latius Astartes adoratio ubique terrarum diffusa fuit. Hanc in Asia coluere Sidonii, Berytenses, Amorrhæi, Philistæi, Moabitæ, Samaritani, Syri, Judæi. In Africa eam honoribus prosecuti sunt Pœni, Carthaginenses, Aegyptii, (teste Philastrio) imo omnes Africani, si fides habenda est Herodiano L. V. unde Salviano L. VIII. de providentia vocatur *cœlestis Afrorum daemoneum*. In Europa inter idola sua recensuerunt Pyrrichii, Romani, Britanni. Idque eo fieri potuit facilius, quod illa quasi ipsa natura & rerum & bonorum omnium haberetur; Audiamus Plutarchum, qui in M. Crasso p. 553. eam ita describit: *Γινεσθαι δε πρῶτον αὐτῷ σημεῖον ἀπὸ τῆς θεᾶς παντὶς, ἣν οἱ μὲν Ἀφροδίτην, οἱ δὲ Ἥραν, οἱ δὲ τὴν ἀρχαίαν καὶ σπερματικὰ πᾶσιν ἐξ οὐγρῶν παρὰ χεῖρας αἰτίαν καὶ φύσιν νομιζέσσι, καὶ τὴν παντῶν εἰς ἀνδρῶν ἀρχὴν ἀγαθῶν κατὰδείξασιν.* *Signum primum ei offertur ab hac Dea, quam VENEREM, alii Junonem, nonnulli eam, quae incunabula & semina omnibus ex humido praebeuit, causam & naturam arbitrantur esse, & quae principium omnium bonorum doceant mortales.* Unde & cornucopiae gestans

אלמניא היו כנעניי כי כשפני כנעני ספני  
 יהושע כמו שכתבנו בספר יהושע הלכו להם  
 לארץ אלמניא ואשקלוניא שקורין ארץ  
 אשכנז וצוד היום אותם כנעניים;  
 Quorum versionem, cum plane facilia sunt, omittimus.

stans pingitur in nummis. v. gr. Juliae Dom-  
nae apud Vaill. de nummis Colon. T. II.  
p. 25. & Macrini pag. 91. & Hadriani apud  
eundem T. I. pag. 222. Confer supra pag.  
471.

§. 9. At vero ajunt, Astarte fuit Ju-  
no vel luna, Oftera autem fuit symbolum  
Veneris, unde haec ab illa distinguenda est.  
Vide praecedentis diff. §. 13. sunt vero plura  
quae respondeantur. Nam primo no-  
tum est *Astarten* fuisse *Venerem*. Cic. in L. III.  
de nat. Deorum, dilerte, *Quarta*, inquit,  
VENUS *Syria Tyroque concepta, quae ASTAR-*  
*TE vocatur.* Philo Byblius in fragm. Sanchu-  
niathonis apud Euf. praep. Ev. L. I. c. 5. Τῆς  
δε ΑΣΤΑΡΤΗΝ Φοινίκης τὴν ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ εἶναι λε-  
γούσι. Suidas; ΑΣΤΑΡΤΗ ΑΦΡΟΔΙΤΗ. Adde  
his (cujus locum adducit Schedius de DIS  
Germ. p. 145.) Ptolem. L. II. Tetrab. Procopium  
Gazaecum in 2. Reg. XVII. & XXIII: 7. Theo-  
phyl. in Hof. Theodoretum in 3. Reg. quae est.  
Huc facit quoque, quod Athanasius  
Kircherus Astartes nomen derivat a voce  
Aegyptiaca Τρουρωτ, i. e. VENUS, ut inter-  
pretatur Auctor scalae magnae p. 49. Vide-  
mus itaque Astarten quoque esse Venerem,  
& si Venus est Oftera, in eo quoque illi  
convenire cum Astarte.

§. 10. Sed & deinde, si vel illud ostendi  
non posset, tamen &, qui aliter sentiunt,  
non habent, quo nostram sententiam labe-  
fa-

factent. Quid enim? Qui enim nescit veterum Deorum Dearumque summam fuisse confusionem, ita ut qui unam nominet, nominet omnes, illum harum rerum valde oportet esse imperitum. Ita & lunam, & Dianam, & Deam bonam, & Deam Syriam, & Junonem, & Venerem, & Lucinam, & Cererem, & Cybelem, & Rheam, & matrem Deorum, & Ilithyam, & Astartem, & Derceto, & Atergatin, & Uraniam, & Minervam, & Nemesin, & Proserpinam & Hecaten, & Isidem, & Bellonam, & Rhamnusiā, & Dagon, & Cabar, & Alilath, & quas non? unam eandemque esse, quam, ut verbis utar Apuleji, *unicam multiformi specie ritu vario, nomine multijugo totus venerabatur orbis*, certissimum est, & si id nunc ageretur, liquidissime singillatim demonstrari posset. Quibus denique accedit, quod non opus sit Germanorum veterum idola cum Graecorum ac Romanorum præcise contendere. Sufficit, si notemus illos ex Oriente profectos Deorum suorum nomina secum in has oras intulisse, in illorum cultibus perseverasse, etsi, quid cum hoc illove idolo Romanorum aut Graecorum adfinitatis habuerint, non adtenderunt.

§. II. Nihil itaque est, quod impediatur, quo minus Osteram conciliemus cum Astarte, illiusque nomen ab hac petendam esse statuamus. Sunt tamen, quibus visum est  
aliter.

Eum in finem adjungam, quae Steph.  
 SKINNERUS & G. G. LEIBNI-  
 TIUS habent, cum eorum libri non o-  
 mnium terantur manibus, de ipsa tamen  
 re arbitrium benevolo Lectori commissurus.  
 Ille in etymologico linguae Anglicanae in  
 voce *Easter* haec habet; *Est ea vox ab Anglo*  
*Saxonum Eastren, Ostren, Ostron, Estren-*  
*dæg, Eastermonat Aprilis. sonner ab EASTRE*  
*Dea Saxonum seu Germanorum, quae sub illud anni*  
*tempus sacrificiis colebatur, desleat, forte autem*  
*illud numen orienti praesse creditum est, & idem*  
*fuit cum AURORA Latinorum. Hic autem*  
*Tom. I. script. Brunsvicensium p. 45. ita scri-*  
*bit: De Dea EO STRA cogitanti, nihil verifimi-*  
*lius occurrit, quam Auroram significare. Nam*  
*Ost oriens Germanis, hodie Anglis East, Italis*  
*Ostro, a Gotbis & Longobardis accepta voce.*  
*Austria, Austrasia non ab Austro, sed ab Ori-*  
*ente. Hoc autem, mense nempe Aprilis, & pau-*  
*lo ante, id est, circa aequinoctium vernali sol in ve-*  
*ro oriente versatur. Quidam tamen malunt Eostram*  
*esse Lunam. Quid si Astarte sit veneris stella?*  
*neque id ineptum; Nam lucifer Germanis hodie*  
*Morgenstern / forte antiquis Oststar, nam*  
*morgen est oriens. Sed cur cultus hujus Deae*  
*in hunc mensem, neque enim credo veteribus Ger-*  
*manis haec stella Veneri sive Freiae suae attribue-*  
*batur. Sane si de eo constaret, appareret ex eo*  
*ratio, quod Vere animalia multa in Venerem se-*  
*runtur. Haec ille.*

§. 12. Interea loci TRIA in hac causa disquisitione digna videntur ; *Primum*, qua ratione fieri potuerit, ut Osterae nomen cultusque, in sola Caucide nostra, locisque finitimis nota, transferent ad toto diversos orbe Britannos ? *Deinde* quomodo id nominis ex Anglia illatum rursus est Germaniae nostrae, & ibi festo, quod memoriae resurrectionis Dominicae dicatum est, impositum ? *Denique*, cur non ad finitimas nationes translatum sit, sed adhaeserit praeter Helvetios solis nominatis populis ? Prius, quod attinet, revocemus nobis in memoriam saeculo quinto Anglo-Saxones, ducibus Hengisto & Horso Brêmâ, sive Phabirano nostrâ, si annalibus credendum est, transfretasse in Angliam, eamque insularum reginam postea suae fecisse potestatis. Illi secum, quod tum nondum Christo accesserant, cultum Osterae suae, quam imprimis ad Cimbro i. e. Anglo-Saxones pertinuisse audivimus, in eam intulerunt, cui deinceps & nomen Angliæ, & linguam, & leges suas imperiti sunt. Posteris autem temporibus, cum Christianorum coetibus essent aggregati, quod fieri coepit saeculo quinto expirante opera Godelberti Anglo-Saxonis, & saeculo sequenti ad finem vergente, praeunte Sigeberto, Saxonum Orientalium Rege, perfectum est, accidit, ut cum Paschatos festum incideret in illud veris tempus, quo

consueverant Osterae suae sollennia sacra facere, antiquum illius nomen retinuerint. Sic in lege veteri Anglo-Saxonica apud Jo. Bromtonum col. 820. legitur *se the stalath on sunnan niht otthe on Geol, otthe on EASTRON, ottheon thone?* Salgan Wunners daege. Qui fueratur vel die dominico, vel festo natalis Domini vel in PASCHATE, vel in ascensione Domini, &c. Sic in menologio Sax. ad Maji III. vocatur *On Thæt se wertige nihta faesten ær EASTRON; jejunium quadraginta dierum ante PASCHA.* Sic in veteris Anglo-Sax. versiones rubrica ad Matth. IX: 14. *On thaere oðre EASTER Wu-can;* In secunda hebdomade PASCHATOS (in der andern Osterwochen.) Sic in die solemnitate Paschae transfertur *On EASTREN dages freols tide,* (id est in Osterntages frölicher Zeit) & *To tham Easterlican freolse* (in der osterlichen Frölichkeit) Luc. II: 41. 42. Et alibi passim. Vide Th. Mareschalli observ. ad illam p. 526. 527.

§. 13. Quibus animadversis id quoque ostendi potest, quo pacto eadem appellatio ad nos redierit, Germanique & Helvetii praecipue ea tempus paschale insigniverint, id quod secundo loco erat inquirendum. Videlicet Anglis, qui originem suam debent Germanis sacra sua ex praecepto Christi instituta vicissim debent Germani. Britannorum, qui ut plurimum originis erant Saxonicae, quales erant Suidbertus, Winifridus

dus, S. Bonifacius, Willehadus, Acca, Wil-  
 librordus, Gallus, Ludgerus, Egbertus,  
 Columbanus, Lullus, Willibaldus, Wun-  
 nibaldus uterque. Ewaldus, Lebvinus, Bur-  
 chardus, Witte, Wigbertus, Marcelli-  
 nus, alii, eorum, inquam, opera inde a se-  
 ptimo, sequentibusque saeculis lux Evange-  
 lii in Germania & Helvetia accensa est. Tum  
 autem una cum reliquis Christianis riti-  
 bus ab illis quoque nomen Paschatos, quod  
 ab Ostera tractum est, in has regiones in-  
 troduatum, & sic, cum à Germanis, iisque  
 ethnicis in Angliam primum illatum esset,  
 ab Anglis, iisque Christianis ad Germanos  
 postea relatum fuit. In his terrarum tracti-  
 bus id factum esse videtur potissimum tem-  
 poribus Caroli M. quem etiam Aprili ab hac  
 Ostera imposuisse nomen Eginhardum testan-  
 tem audivimus. Is enim in ordinandis sacris  
 opera imprimis usus est Alcuini, de *Britannia*  
*Saxonici generis homine*, ut Eginhardo dici-  
 tur, aut qui, ut Poeta Saxonicus L. V. vs.  
 235. habet,

*Ex Anglis veniens Saxo fuit genere,*  
 sicut & S. Willehadus ejusdem nationis fuit,  
 per quem annuntiari doctrinam Christi in  
 nostris his regionibus Carolus iussit.

§. 14. Inde simul ratio constat, ob quam  
 præter Britannos, & Germanos nullæ aliae  
 nationes, v. gr. Belgae, Sueci, Dani,  
 & alii septentrioni viciniore populi, vo-

cem Paschatos retinuerunt, tametsi alias sermone utuntur a Germanorum lingua haut alieno. Sic Belgae appellant *paaschen*, *paesdag*, Dani *Paaske*, Sueci *Päsk*, *Päskdag*, *Pao-scha*, Islandi *Pascha*. In veteri versione Gothica adhibetur pariter vox *Paska*. Causa scilicet est, quod illae gentes non tam Germanis, aut Anglis, sed Gallis, v. gr. Ansario, Remberto, Ebboni, eorumque sociis, Christianam, qua imbuti sunt, doctrinam debent, aliter ac Germani, atque Helvetii, in quibus ad religionem sanctam traducendis laborasse Anglos potissimum vidimus.

§. 15. Mirum tamen fortassis cuiquam accidere posset, nomen festi adeo sancti quale pascha est, mutuatum esse a nomine temporis sacrati olim idoli turpissimi cultibus. Sed bonum factum est, rem illam exemplo prorsus simili illustrari posse. Idem enim accidit, in nomine, quo Anglo-Saxones, Scoti, Dani, Norwegi, Sueci, Islandi, Finni, aliique Boreales festum insigniunt Natalitiorum, nempe *Jul*, *Jule*, *Jeol*, (b) quod

(b) Vide de hac voce variisque ejus Originibus Jo. LOCCENII *Antiq. Sueogoth.* L. I. cap. 5. Olai WORMII *fastos Danicos* L. I. c. 7. & 14. Cl. VERELII l. c. c. IV. G. BUCHANANI *Hist. Scot. L.* V. BEDAM *L. de ratione temporum* c. XIII. Th. MARFSCHALLI *obs. ad vers. Anglo-Sax.* p. 520. 521  
Joh.

quod in illa tempora incideret, quibus olim,  
antequam Christo nomina dederant, in Deo-  
rum

I i 3

Joh. BAAZII hist. eccl. Suec. p. 57. Gudm. AN-  
DREAE Lex. Island. G. HICKES in Thes. T. I. p.  
211. Hag. SPEGELIUM in gloss. Sueo-Gothico p.  
207. & 613. Joh. H. PONTANUM in epist. ad Ste-  
phanium, quae in sylloge epistol. edita ab Ant. Mat-  
thaeo est XLma. Si illorum virorum conjecturae no-  
vis essent augendae, quid si cogitemus de voce *Jul*,  
quae Suecis notat *potulium* (Vide Verel. L. c. pag.  
56.) & convenit cum Graecorum *γουλ*,  
eadem est notio, & cujus frequens in festivitati-  
bus *Juleis* erat usus? Num fortassis huc spectat il-  
lud hymni genus, quod potissimum in honorem  
*Dianae* vel potius *Cereris*, quae prima docuit turge-  
scere semen in agris, Falce coronatas subsequitque comas,  
quae ipsa etiam teste Athenaeo *Ἰαλω*, vel, ut ha-  
bent Eustathius & Apollonii Rhodii Scholiastes,  
*ουλω* dicta fuit, decantari solebat. In illo, haec  
voces identidem resonabant, ΠΛΕΙΣΟΝ ΟΥΛΟΝ,  
ΟΥΛΟΝ *iei*, ΟΥΛΟΝ *iei*. Factum id esse po-  
tissimum ἐν Θαλασσιων festo, quando & pro acce-  
ptis frugibus agebant DIS grates, & pro sequen-  
tis anni laeta segete vota faciebant, adeoque eo  
tempore, quo & *Julum* festum agebant populi  
boreales, haud inepte conjicit Paulus Jac. Eccardus in  
polita dissertatione, de *Ἰαλω ἀσματι*, quam Wit-  
tebergae a. 1721. vulgavit. Sed, cum illis festis  
*Jul* diebus id agebant praecipue, ut sepositis agi-  
tantes otia curis, indulgerent genio, viverent-  
que hilariter, paene crederem, ab *hilaritate*, cui  
illi dies dicati erant, nomen traxisse. Suecis  
enim teste Spegelio JOLLA, est laetus, hilaris, uti  
Anglis JOLLY, & Gallis JOLI. Sed quis aliquid  
certi indubique in id genus rebus afferet?

rum suorum honorem dies festos & comessationes instituere fuerant soliti. Commemorabile est, quod Ditmarus Merseburgensis L. I. Chronic. de Danis & Northmannis narrat. *Esse in illis partibus locum, caput istius regni Lederun nomine, in pago, qui Solon dicitur, ubi post novem annos mense JANUARIO, post hoc tempus, quod nos THEOPHANIAM DOMINI celebramus, omnes conveniant, & ibi Diis suis XCIX. homines & totidem equos cum canibus & gallis pro accipitribus oblatis immolent, putantes hos placaturos eisdem.* Clarius haec discimus ex Olai VERELII observ. ad Hervarar saga (editis Upsaliae 1672. f.) p. 56. cujus verba, quia liber in his oris occurrit perrarenter, non pigebit adscribere. *Vocavere menses illos (Decembrem & Januarium) Angli pariter & Scandiani ex sacrorum conviviorum festivitate JOL. Et Januario quidem antiquior ea appellatio a sacris ethnicis & comessationibus, quae in ejus finem incidebant. Sed quia Christianis placuit festivitati & gaudiis natalis Domini nostri, antiquum comessationum nomen JUL tribuere, ideo & Decembri mense haec appellatio non incongrua visa est Anglis. Abolitis enim gentilium sacrorum, & comessationum istarum abominationibus in nomine ipso JUL nihil impietatis inesse existimaverunt majores nostri, quin illud recte isti festivitati & hilaritati adhiberetur, quam longe alia de causa, ac occaecati antecessores ipsorum in natali Domini*

noſtri agitabant. (c) Confirmat haec Loecen.  
 ia A. S. G. L. I. c. 5. & tandem addit. Sic  
 retento gentili nomine, cui adſueti erant, tamen  
 abominantur gentilium idololatriam, velut ali-  
 quot menſium ac dierum gentilium nomina ex con-  
 ſuetudine, ſi absque ſuperſtitione adhuc uſurpant.  
 Simile olim apud eosdem contigit circa fe-  
 ſtum paſchatos. Quod patet ex Olafs Saga cap.  
 117. cujus verba idem Verelius affert p. 54.  
 Conſuevit Sigardus tria ſacra peragere quali-  
 bet hieme (i. e. anno) unum in autumno, alterum  
 media hyeme, tertium ineunte aſtate. Poſtea vero  
 quam Chriſtianus factus eſt Sigardus conſuetum mo-  
 rem retinuit, quoad comeſſationes, ita ut in  
 autumno amicos ad ſe invitaret, media vero bie-  
 me comeſſationes Jolenſes celebraret, tertiam  
 vero paſchatis tempore comeſſationem inſtitueret,  
 eam quidem hominibus ſatis frequentem. Pariter  
 ibi pag. 57. allegatur locus ex Snorrone  
 Starla in vita regis Itaquini Adelſtenii Foſtra,  
 li 4 qui

(c) Non tamen idem contigit voci Weynachten / qua  
 Germani idem natalitiorum feſtum indicant, quaſi  
 haec vox ex gentiliſmo quoque nobis relicta fue-  
 rit, & ſit nox vini, cum aliud nihil ſit, quam nox  
 ſancta ſeu ſanctificata; eine geweyete Nacht; illam  
 tamen opinionem habet Valentinus Ickeſhamer in  
 gramm. Germanica, die Teutſchen ſind in ihrer Spra-  
 che ſo ungekelt / daß ſo ſchon ein Wort noch aus  
 Glück bey ſeinem rechten Rahmen blieben iſt / ſie dem  
 noch ſolches nicht verſtehen / was es ſey oder heiße /  
 als Weynachten / ſo über blieben von dem Heyd-  
 niſchen Gottesdienſte / Nox vini.

qui ante regnum initum Christianae religioni in Anglia initiatus fuit, quam postea rebellionis metu cum palam profiteri non auderet, lege sancit, ut Norwegi commessationes JULIAS eo tempore celebrarent, quo Christiani natalem Domini celebrarent. Parili itaque ratione, ut paganorum se caerimoniis aliquantulum accommodarent, sensimque ad celebranda sacra nostra allicerent, nomen festi, Osterae sacri ad memoriam resurrectionis Dominicae recolenda transtulerunt.

§. 16. Intera Osterae commemoratio memoriam mihi refricat HYSTERAE, quam olim à Cajanis sive Cainianis cultam traditum est. Irenaeus L. I. c. 31. haec habet. Jam autem § collegi eorum conscriptiones, in quibus dissolvere opera HYSTERAE adhortantur; HYSTERAM autem FABRICATOREM COELI ET TERRAE vocant. Quae non aliena sunt ab iis, quae Epiphanius in panario L. I. haer. 38. scribit. *Και ἄλλα πνα συγγραμματα ὡσπερως πλατῶναι κατὰ τῆς ὙΣΤΕΡΑΣ; ἢν ὙΣΤΕΡΑΝ τὸν ποιητὴν τῆς πᾶν § τῆς τῆς κῆρας, ἔραυσε καὶ γῆς καλῶσι.* Quid sibi illa *Hystera coeli* § *tertae conditor* vult, quam illi dicuntur divinis profecuti honoribus? *Uterum* hanc vocem aut *vulvam* docti viri interpretantur. Sed quis persuaserit sibi tantam vecordiam cuiquam innatam esse potuisse, ut *uterum* tanquam *coeli terraeque fabricatorem* coleret. Si ex sententia Rhenferdii Cainitae haeretici nunquam

quam in rerum natura fuerunt, sed eo nomine tantum appellati fuere impii & idololatrae in oppositione filiorum Abelis, aut Sethi, i. e. fidelium, anne Hystera haec cum Astera, Oftera, Astarte, cujus vulgaris maxime in illis terris cultus erat, eadem erit? Aut, si Cajani fuere pars Gnosticorum, anne & iili quod de Valentinianis, narratur, coluere Astartem? An vero vox Hystera, à סתר vel סרר, quod *lucere* esse propediem docebitur, nomen habens, eadem est cum τῷ Ὠραῖω sive τῆ Ὠραῖα, quae pariter ab אור *lux* s. *ignis* descendunt, quarumque in veterum Gnosticorum historia perquam frequens est mentio? Ego nihil heic definitio; Tot enim salebris impedita est veterum haeticorum scientia, ut, ubi tuto pedem figas, vix invenias. Qui me aliquid in hac causa solidi docuerit, is haud levem apud me initurus est gratiam.

THEODORO HA-  
SAEO,

S. D.

*Irenæus Bibliophilus.*

**S**ingularis illa benevolentia in me tuae declaratio, quam in doctissimis ad observatiuncularum mearum trigam, cui locum VII. in Fasc. V. Tomi VII. hujus Bibl. attribuere tibi placuit, annotationibus dedisti, audacem me fecit, ut hoc, quicquid est spicilegii ad p. 934. & seqq. loc. cit. te allegare, VIR celeb. tuoque inscribere nomini, haud sane dubitaverim. Liceat enim vel sic tibi animum gratissimum pro favore tuo, æque ac pro præstita isthac opera egregia, de qua & multi alii viri docti tibi obstrictos se profitebuntur, significare. Equidem exigua sunt, fateor, quæ afferam, verendumque mihi valde est, ut ea luce digna existimes. Interim confido, vel tantillum in his ipsis inesse, quod tibi non omnino existet ingratum. In ultima nempe observatiuncula mea, conjecturam quandam ex libello Herm.

Herm. Wittekindi (a) depromptam, doctissimorum virorum pari, Gottfr. Tenzelio, & Jo. Christoph. Oleario, verbi divini in Ecclesia Arnstadiensi ministris fidelissimis, proposui; annon probabile videatur, locum de Johanna Papissa, quem ipsorum libellus refert, ab ignoto illius auctore, depromptum esse ex codice quodam Richardi, Romanorum Pontificum series, inscripto, ex quo, in bibliotheca Vaticana tum servato, Sec. XVI. virum quendam honestum simillimum locum descripsisse, ipsique postea ostendisse, fatetur Wittekindus. Nullus, quod sciam, præter illum, aliis vetustis scriptoribus, qui de Jo. VIII. femina, testimonia perhibere, hunc Richardum, addidit, adeoque, si, quod optandum, in Guil. Redii opere, cui Chronicon Richardi intextum est, (b) quodque in Bibliotheca Cottoniana MSCum exstat, investigaretur, quid hac de re ibi contineatur, sique verba ista ibidem reperiantur; dubium amplius esse non posset, Martini Poloni locum non solum genuinum, sed

(a) Possideo librum quendam, VITAE VIRORUM ILLUSTRUM, inscriptum, Basileæ, M. D. LXIII. in fol. excusum, a cujus pag. 677. usque ad finem libri, sive p. 695. hoc quoque reperitur opusculum: *Cesarum vita, quot & quemadmodum apud Suidam inveniuntur*, HERMANNO WITEKINDO collectore.

(b) Vid. Bibl. hujus T. VII. p. 939, not. (q)

& præcipue ex Richardi isto libro desumptum esse. (c) Quicquid tamen hujus sit, mihi potius propositum nunc est, de laudato Herm. Witekindi libello, nonnihil racemationis meæ afferre, tum & alia quædam connexa, pace tua, exhibere, quæ ut tibi sese probent, omnium maxime exopto. Maximopere igitur devinctum tibi, VIR clarissime, contestor animum, quod opusculi hujus mihi inprimis chari, auctorem, antea mihi,

(c) Non possum non hac occasione gratias Tibi agere, HASAEE humanissime, pro officio, p. 936. not. (k) in allegandis & excitandis scriptoribus, qui de Martini hoc loco ex instituto agunt præfinito. Ipse ego, quando p. 930. not. (p) magni illius Jo. Christ. Wagenfeilii Diss. quandam citavi, in qua hunc locum cum MSC. quod cœnobium Heilsbronnense (non Heilbronneate, ut operarum aberratione ibi impressum est) servat, quemque codicem veterem probumque is vocat, comparavit; nunc quoque id addo, Wagenfeilium quicquid hoc de argumento in laudata Diss. attinet, paucis immutatis, nonnullis quoque additis, postea transtulisse in partem tertiam synopses suæ historię universalis, a p. 128. sqq. quæ per æ juvenilis Loquul. III. part. 2dam constituit, ubi p. 134. & obiter indicat, ex Alex. Cooke assertionem, asservari Oxoniæ in Angliæ Bibliothecam Collegii Novi exemplar MS. Ranulphi Cestrensis, in quo historia Johanne Papissæ cultro deprehendatur erasa. Id quod & observat Berneggerus in collectan. suis, quæ editionibus Witekindiani libelli, Helmstad. & Lugd. Batav. procuratis, adjectæ sunt, pag. 70. edit. Lugdun.

mihi, fateor, ignotum, not. (h) p. 934. indicare, ibidemque aliud quoque benevolentiae specimen insigne proferre volueris. Illum Hermannum WITEKINDUM esse, facillime tibi assentior. Hunc enim & B. Casp. Sagittarius (d) nominatim adducit, eique, nifus fide Wittenii, tractatum singularem, quod mulier fuerit Papa, tribuit. Ubi vero sit impressus non indicavit. Cumque tuam editionem, A. M. D. XCVII. in 4. vocari alteram non sine auctario, ipse fatearis; dolet mihi omnino, quo anno & loco primum omnium id scripti prodierit, nondum liquere. Age ergo, mihi que sex editiones hujus libelli paucis descripturo, haud gravatim attende.

I. Editionis omnium primæ huuc fuisse titulum, Goulartius testatur: *Jesuitas Pontificum Romanorum Emissarios, falso & frustra negare, Papam Joannem 8. fuisse meretricem.* (e)

II.

(d) In Introd. ad Hist. Eccles. Cap. XXVI. §. XXV. p. 685.

(e) Locum, annum & formam impressionis, addere non licet, ex Goulartio tamen conicere licet, eam Sec. XVI. ultima annorum decade fuisse impressam. Ille enim affirmat, hunc libellum ante aliquot annos (scripsit autem Dedicat. suam Cal. Aug. 1597.) editum fuisse. Ceterum facile carere possumus hac prima editione, tam quia postea auctior & emendatior est excusum  
isthoc

II. Alterius hanc inscriptionem esse, *αὐτοπιπτης* ipse doces: *Jesuitas singulares SS. Pontificiae Majestatis hoc tempore vindices*, falso & frustra negare, Papam Joannem VIII. fuisse mulierem. M. D. XCVII. 4. Neostadii ad Hardtam. editio altera non sine auctario. (f)

III. Subsequenti anno 1598, Neostadii in 8. re.

isthoc opusculum, tum quia totum ex prima editione, non nisi prologo & epilogo omissis, ubi contra Jesuitas disputat Witekindus, inseruit Tom. II. Catalogo Testium veritatis, Simon GOULARTIUS, Sylvanectensis, Pastor Genevensis, illius Catalogi continuator, qui nomen suum his literis initialibus in titulo & Dedic. addidit S. G. S. (vid. Placcius in Theatro Anonymorum n. 107 I. p. 270. b.) Prodiit ille Tomus II. Lugduni MDXCVII. 4. maj. hujus Lib. X. a pag. 179. usque ad p. 189. est insertus. Auctor ipsi audit Anonymus. Qui hanc editionem cum altera conferet, revera discet, hanc illa longe esse auctiorem. Interim patet hinc praestantia hujus libelli, quem Goulartius dignum habuit, qui integer operi suo inseretur. Id emitti non debet, recusam hanc primam editionem esse Helmstadii 1662. 4. seu mox ostendam, ad Helmstadiensem vero ea, quae Lugduni Bat. prodiit, videtur expressa, haecque Lugdun. quae mihi ad manus est, pariter titulum generalem, infra n. VI. videndum, forte a Jo. Sauberto additum, pag. 1. ante principium tractationis ipsam illam inscriptionem habet praefixam, quam titulum primae editionis constituere, ex fide Goulartii, scripsi.

(f) Vid. Bibl. hujus T. VII. p. 934. not. (h) & pag.

8. recusatus est hic libellus, hoc tit. *Jesuitas singulares pontificiæ majestatis vindices falso & frustra negare, Papam Joannem VIII. fuisse feminam.* (g)

IV. Quarta hujus libri Ambergæ, 1609. 8. publica editio hac gaudet rubrica: *Jesuitas singulares SS. Pontificiæ majestatis hoc tempore vindices falso & frustra negare, Papam Joannem fuisse mulierem.* (h)

V.

935. not. (i) In Bibliotheca Amerbachiana, sive catalogo variorum & rarissimorum in quavis facultate librorum, quos Amerbachiadæ venales exponunt, Basil. 1659. 4. qui hodie haud facile obvius est, p. 87. hanc ipsam editionem hoc tit. video produci: *Falso negari Joannem VIII. fuisse mulierem, 1597. 4. nec locus, nec nomen auctoris additur, ipseque titulus in compendium missus est a conditore hujus catalogi.*

(g) Draudium in Bibl. Class. p. m. 872. hanc editionem excitare, ipse ego T. VII. p. 935. 936. Bibl. Brem. monui, conjecturam vero ibi productam, ac si hæc editio illa ipsa esset, cujus ego fragmentum possideo, nunc dimitto: Ambergensis enim exemplum quoddam me habere, statim demonstrabo. Si objicias, Draudium forte errare, & 1698. pro 1597. posuisse, respondeo, illum & locum & formam addidisse, potuisseque fieri, ut ex hac repetita editione impressionis locum tuo exemplo, VIR. Celeb. vetusta illa manus adscripserit.

(h) Meminit hujus impressionis Ven. Jo. Andr. Schmidius in Supplem. ad Sagitt. introd. Hist. Eccles. T. II. p. 627. conf. Celeb. VIR. ipsam notam  
tuam

V. Quinta vice, Helmstadii A. 1662. 4.  
 isthoc opusculum reculum, eique hic  
 titulus, forte ex omnium prima edi-  
 tione, præfixus est: *Historia Joannis*  
*VIII. Romani Pontificis, virum primum si-*  
*mulantis, postea, sexum suum partu in*  
 pu-

tuum (i) p. 935. T. VII. Bibl. tuz. Atque hæc,  
 ni me omnia fallunt, est editio, à memet ipso p.  
 934. Cl. VII. hujus Bibl. descripta, cujus titulum  
 cuam primo folio periisse, libellum vero paginis 49.  
 constare dixi, formam vero, quæ est octies partita  
 est, indicare tum omisi. Inscriptio superne ad-  
 dita hæc est: PAPAM JOHANNEM VIII. FU-  
 ISSE MULIEREM. A pag. 44. ad fin. usque adje-  
 cta sunt carmina, quæ num in editione tua, VIR  
 humanissime, itidem compareant, TUI videris.  
 Primum eorum, in editione Lugd. Bat. mox me-  
 moranda, omissum, inscribitur: *Adfertio incon-*  
*futabilis, mulierem Romæ fuisse Pontificem.* Inci-  
 pit his versibus:

*Prob veritatem! Prob Deum atque hominum, æ-*  
*dem!*

*Mendaciorum quam uber & larga est seges*  
*HERMANNE! quanta nugivendum copia! &*  
*reliqua*

Haud obscuris indiciis Hermannus Witenkindus  
 libelli auctor, hic proditur. Memorabile & proli-  
 xum hoc est carmen, cujus scriptor anonymus  
 militem armatæ militiæ se subscripsit. Hunc  
 puto illum virum honestum esse, qui cum Herm.  
 Witekindo locum illum Richardi, (vid. p. 939. T.  
 VII. hujus Bibl.) ex Vaticanæ Bibl. codice a se de-  
 scriptum, communicavit. Romæ enim illum fuisse,  
 testantur hæc carminis verba:

publica via ed. to prodentis, a Jesuitarum  
 Class. VIII, Fasc. III. Kk im-

*At sustulere nuper hanc statuam graves  
 Fame Patroni, & castitatis vindicee,  
 Paulo ante quam Romam venirem: sed tamen  
 Monstratus est mihi à perito idem locus,  
 Abominati marmoris vestigium,  
 Quo sculpta mulier Pontifex puerpera &c.*

Imo confirmor in hac conjectura, quia & verba illa, ubi de Richardi codice agitur, & locus, in quo Witekindus de destructa statua Romæ, differit, in prima editione omiffa sunt, ceu videre est p. 182. princ. & p. 184. lin. 13. Catal. Test. Verit. cui ille insertus est libellus primæ impressionis. Quæ loca, una cum hoc carmine, Witekindum existimo postea demum ab hoc nobis incognito viro, quem vocat honesto, accepisse, & alteri auctiori editioni primum suo quoque loco inseruisse. Quæ suspicio num fundamento suo nitatur, Tibi licebit dispicere, Hasæe humanissime, quando tuam hujus opuseuli editionem alteram, 1597. evulgatam vel recusam cum auctario, cum excitationis ex Catal. Test. veritatis Goulartiano, locis haud gravaberis conferre. Sequens Carmen cujus exordium tale est:

*Imprudens fuit illius Papatus,  
 Qui dictus Papa, quam foret Papissa, &c.*

Cuique auctor ejus nomen suum his literis initialibus: H. S. P. subjecit, in editione Lugd. Bat. extat. Reliqua vero tria, in Leidensi hujus libelli iteratione, non comparentia, ad Jesuitam unum, duoque alia, quorum ultimum hoc disticho inchoatur:

*Quid non designat tua dispensatio, Roma?  
 Sexu in utroque simul miscet utrumque genus,*

Cetera, unum credo eundemque auctorem habere, qui his literis: S. S. L. ultimo carmini adjectis, facile se mihi prodit, quod sit doctissimus ille Jesuitæ Jac. Gretseri adversarius, Simon STENIUS, Lomacensis, Profess. Heidelb. cujus hunc possideo libellum: Simonis Stenii, Lomacensis, Jacobus Greitserus - triumphatus &c. Ambergæ, typis Johan. Schönfeld. 1605. 8. proculus. Hunc enim felicissimum poetam fuisse, patet tum ex L. I. Cap. X. p. 199. sqq. ubi carmen ejus extat prolixum de Luthero redivivo per quietem viso cuidam ex familiaribus, quem æque ac se ipsum amare se scribit, compositum. (Addit tamen pag. 205. hæc verba: Neque enim ad Calvinianos secessissem, si omnia Lutheri mihi probarentur; Conf. pag. 301. ubi, Inquisitio, inquit, Saxonica me non expulit, sed sua sponte cedentem & volentem in Palatinatum compulit.) Tum quoque ingenium ejus poeticum prodidit Lib. I. Cap. XI. p. 225. sqq. quo loco *περὸς δίκην* ad Horat. Lib. 4. Od. 5. ad August. exhibet, quam in honorem Illustriss. sui Electoris, a se iterum Rectore an. 1598. editam, votum complecti scribit pro felice ejusd. elect. reditu ex superiore in Palatinatum inferiorem. Quid? quod ipsi averfa tituli paginæ Epigramma ad lectorem addidit, cujus ultimo disticho:

*De profligato Greitsero jure triumpho,  
Sic merito deinceps vociferabor Jo.*

Literæ initiales S. S. L. pariter subjectæ cernuntur. Id adhuc observo, Stenii forte auspiciis, Ambergensium Witekindiani libelli impressionem factam esse, cujus Gretserum triumphatum ibidem antea jam excusum, memoravi. Typi utriusque libri, ni prorsus fallor, iidem sunt, neque erravero, si typis Schönfeldianis Witekindi opusculum recusum esse, confidenter scripsero.

*imprimis technis vindicata. (i)*

VI. Ultima, quæ nobis innotuit, hic ordine *sexta* Editio, quæ & ad manus est, talem gerit titulum: *Historiæ Joannis VIII. Romani Pontificis, virum primum simulantis, postea sexum suum partu in publica via edito, prodentis, a Jesuitarum imprimis technis vindicata, editio ultima, priori emendatior. Accedunt in fine viri cujusdam celebrisq; critici eandem in rem collectanea.* Lugd. Batav. ex typographia  
 Kk 2 Johan.

(i) Produxisti, VIR πολυμαθεστε, in Bibl. Tuæ Cl. VII. p. 935. not. (i) hanc editionem, sed addidisti, Te non habere dicere, sitne alius Witekindi libellus ab hoc, nec ne? Quare evolve sis Ven. Jo. Fabricii Hist. Bib. P. IV. n. CVII. p. 269. cui hunc titulum debeo, æque ac hanc notitiam, historiam hancce complectentem testimonia scriptorum quorundam, factum illud commemorantium, ITERUM EDITAM ESSE à Joh. Sauberto. Addi ibidem viri clarissimi M. B. historici ac critici perquam celebris in eandem materiam collectanea: Cum quibus conferri possint, quæ leguntur, in Berneg. (hunc enim esse illum M. B.) Demol. idol. Lauret. p. 48. Auctor ergo hujus libelli Witekindus, nec Sauberto, nec Fabricio, nec, qui eandem hanc Helmstad. editionem adduxit p. 686. introd. suæ ad H. F. Casp. Sagittario, fuit cognitus. Præstantissimus Academiæ Altorfinæ Theologus, Dn. D. Gust. Georg. ZELTNERUS in vitis Theologorum Altorfinorum, sigillatim in vita Jo. Sauberti Jun. p. 406. inter scripta ejus n. 23, eundem, cujus modo

Johannis Kellenaer, typographi habitantis in platea vulgo dicta de Heerensteeg, prope templum Petri, 1677. 12. pagg. 71. (k)

Habes

elo titulum dedi, refert, in nota (uu) tamen addit, eandem esse hanc historiam, quæ Lugd. Bat. hoc titulo præmissa, altera editione, A. 1677. 12. impressa profert, in opere autem ipso veritatem hujus narrationis solidis argumentis & testimoniis aditruit; eumque libellum iterum editum a. b. Sauberto, & appendicem literis M. B. notatum, Berneggeri esse, S. Venerab. D. Fabricium in Biblioth. T. IV. f. 269. commemorare. Hæc ille, cui & ipse non notus fuit verus hujus opusculi conditor. Esse vero eundem hunc libellum cum Witekindiano, statim ex Lugdunensi Bat. ad Helmstad. dictam impressa vel recusa Editione, demonstratum ibo, si prius hoc observavero, in Catalogo Bibl. Rechenbergianæ Part. II. p. 150. n. IIII. libellum, sine auctoris, loci & anni indicio, formæ quadripartitæ, excitatum, hocque titulo præscriptum: *Historie Job. VIII. Pont. Rom. a Jesuitarum technis vindicata, editio nova*, eundem sine dubio esse nostro opusculo Helmstadiensi recuso.

(k) Hanc editionem referre illam a Joh. Sauberto Helmst. procuratam, paullo ante not. (h) dictum est. Ipsi tractationi sequentem præmissam cerno inscriptionem: *Jesuitas, Pontificum Romanorum emissarios, falso & frustra negare, Joannem VIII. fuisse mulierem; quem titulum primæ editionis esse, supra ex Goulartio ostendi. Exordium libelli tale est: Novum istud sacrificulorum & mysticum genus, nostra primum ætate, Venetiis a quodam milite Hispano inceptum, a Papa Paulo IV. approbatum, plane tali suo auctore dignum, & reliqua. Videq,*

Habes hic sex hujus tui libelli, editiones,  
VIR, quas non metuo ingratis tuis a me

K k 3

pau.

deo, in fragmento mei exempli, quod ex Amber-  
genſi editione unum eſſe, ſupra oſtendi, primum  
folium deſuiſſe, quod ex hac Lugdun. ſupplevi:  
namque dum titulum cum primo folio interiſſe,  
doleam, pag. 3. hic ſenſus hiulcus libello auſpi-  
cium dabat: - *chis æque grati & vicini & alumni*  
&c. quem ex Lugdun. Bat. impreſſione integrum  
nunc habeo talem: Non omnibus ea de caula Ca-  
nonicis iſtis & Benediſtis Monachis æque grati vi-  
cini & alumni &c. ſcilicet Jeſuitæ. Non poſſum  
TE celare, VIR S. R. totum hoc opuſculum meum  
cum hac Lugduni reſuſa editione a me diligentis-  
ſime collatum, variasque lectiones ſtudioſe colle-  
ctas eſſe. Cumque Ambergenſem meam innume-  
ris in locis auctiorem, in plerisque immutatam,  
correctam & recognitam, adeoque præſtantiorem  
quam Lugduni Bat. reſuſam, animadverterem, ſu-  
ſpikor, hanc ipſam Lugd. uti & Helmſtadienſem,  
omnium primam hujus opuſculi editionem, refer-  
re, Ambergenſem vero ad illam, quæ 1597. 4.  
impreſſa, reſuſam eſſe. Abest quoque in Lugdu-  
nenſi, p. 23. locus, ubi de Richardi Codicæ, p.  
m. 14. agitur, quemque in hac Bibl. T. VII. pag.  
939. excerpti. Deſiderari itidem carmina nonnulla,  
quæ in Ambergenſi habentur, ſuperius indicavi.  
Unum hoc addo, p. m. 7. in fin. legi hæc verba:  
*hoc ſeculo ab Eraſmo, aliisque viis doctis &c.*  
Lugdunenſis p. 12. in fin. legit: *ſuperiore ſeculo ab*  
Eraſmo &c. Ex quibus verbis dubium enaſci poſ-  
ſet, meam editionem in 8v. expreſſam, forte il-  
lam eſſe, quæ, ut Draudius perhibet, Neoftadii  
1598. 8v. prodiit, eodem ſcilicet ſeculo, quod  
Eraſmus eruditione ſua illustravit. Neque vale  
fra-

paulo studiosius esse descriptas. Pergendum vero nunc est pace tua, ad alia. Cumque Helmst. 1662. excusum opusculum, Witekindum habere auctorem, demonstraverim, id quod TE, ut not. (i) pag. 935. T. VII. Bibl. Brem. fateris, fugit; partium mearum esse arbitror, dubio tuo circa alium libellum, Oppenheimii 1619. 8. hoc tit. *Johanna Papissa toti orbi manifestata*, excusum, tibi nato, nunc occurrere. Hujus putas, sed non nisi per suspicionem, auctorem esse Levinum Hulsium, cujus Oppenheimii in 8v. impressum tract. de Joh. Pap. in Facet. Facet. p. 162. laudari scribis. (1) At enim vero vel-

lem  
fragabor, fragmentum meum exempli cujusdam, Neostadiensis impressionis, esse: nisi malis credere, Ambergensis editionem illam quæ 1597. publicata est, exacte referre. Ita & p. m. 24. lin. 2. Chronic. Alberti Stadensis *nuper* Helmst. impressum dicitur, in Lugd. vero *non nuper*, omissum video. Cum vero curante Reineccio illud Chronicon Helmst. 1587. 4. excusum sit, levis inde conjectura de prima Witek. libelli editione hæritur. Interim observavi quoque, nonnulla in Lugd. edit. recte esse immutata, correctaque, ex. gr. num. 1326. in loco Martini Poloni p. m. 13. edit. Amberg. extans, in Lugdun. p. 22. per numerum 1278. est emendatus: Conf. notam tuam (m) p. 937. T. VII. Biblioth. tuæ, HASAEE præstantissime. Plura, ne molestus sim, coaccervare supersedeo id potius addens, Berneggeri adjecta collectanea 40. fere scriptorum testimonia indice digito ostensa, continere.

(1) In Catal. Bibl. Ad. Christ. Jacobi, 1693. 8. Lips. edi.

lem inspexisses Sagitt. intr. ad H. E. Cap. XXVI. §. XXV. p. 685. qui Alexandri Cooke dialogum adducit, quem inscriptum esse, ait: *Johanna Papissa toti orbi manifestata.* (m) Occupatum me hæctenus tenuit aliqualis racematio super notam Tuam h. & i. p. 935. T. VII. Bibl. tuæ. Ad quam paucissima adhuc bona cum venia tua, addere liceat, quando præcipue hæc occasio offertur, nonnulla; de hac ipsa, quam hi libelli pertractant, materia proferendi. Scriptum, quod ibidem producis, 1588. 4. editum, cui tit. *Simplex narratio* &c. utut omni adhibita cura quæsitum, a me reperiri nondum potuit. Præter Gretserum, quem ejus mentionem injicere, affirmas, Lud. Jacobi quoque in Bibl. Pont. Lib. 2. p. 260. illius meminisse, docet Sagitt. in introd. p. 683. qui & eundem titulum, quem Tu dedisti, integrum protulit, sicut & totum exhibuit, & 1588. 4. prodiisse hoc opusculum, testatus est M. Ge. Draudius in Bibl. Class. p. m. 872. sub tit. *Papa femina.* Hæc habui ad Bibliothecam tuam Bremens. addenda: reliqua pertinent ad supplementum supplementi Schmidiani

Kk 4

ad

edito, P. I. p. 152. n. 2908. quidam liber memoratur brevi hoc titulo: *Johanna Papissa.* Oppenh. 1616. 8. sine auctoris, quem tamen Levin. Hulsium esse putas, nomine.

(m) In nota (b) citat Sagitt. de hoc libro Anton. a Wood.

ad Sagitt. introd. Cap. XXVI. §. XXIII. sqq. quod pag. 626. 627. Tom. II. a Viro illo Vener. subministratum est, hic quidem admodum parcum. Adjici itaque ante omnia meretur egregia illa præfatio, Joh. Christoph. Olearii ad libellum quendam a Gottfr. Tenzelio recusum, cujus titulum vide in hac Bibl. T. VI. p. 371. coll. T. VII. p. 934. in ea enim non contemnendum ad hæcenus ab aliis dicta spicilegium reperitur. Ita & Petrus Juræus in Histor. Calvinismi & Papismi parall. T. II. Lib. I. omnino evolvi debet, Nuper quoque Vir Clar. Jac. Bruckerus in accurate elaborata de vita & scriptis Celeb. quon-

*Wood. Hist. & Antiq. Univ. Oxon. l. II. p. 64. Witenus in Diar. Biogr. ad A. 1632. 23. sua testatur, Alex. Cooke idiomate populari scripsisse de Papa Johanna. Qui liber dein latina veste indutus, Oppenheimii 1619. 8. prodiisse potuit. Atque dum supra sub fin. not. (b) Wagenfeilium ex Alex. Cookii hoc libro quædam notasse, monuerim, quæ in Witekindi libello non reperio, dubitare amplius non debes, hujus ab illius opusculo aliud omnino esse. Adeoque Oppenheimium tres tractatus de hoc argumento, orbi erudito dedit, si auctorum citatorum fide standum est. Primus 1612. ibi editus, Conradi Deckeri quem Witenius quoque Tomo II. Diarii Biogr. ad a. 1620. inter scripta ejus refert. Alter Levini Hulsi, in Facet. Facet. adductus, 1616. 8. forte apparuit, teste catalogo Bibl. Jacobianæ, vid. supra not. (k) Tertium Alex. Cooke, eodem loci 1619. 8. pro-*

quondam viri Eliæ Ehingeri commentatione,  
 (n) ex MSC. Ehingeri, mantissæ loco, inter  
 alia, adjecit libellum, cui tit. Papa mulier  
 Johannes VIII. a pag. 163. ad pag. usque 172.  
 sed. nil nisi collectanea quædam, ex libris,  
 raris potiss. & exotici idiomatis nonnullis,  
 à se in usum suum excerpta, continet. Quæ  
 hic p. 170. n. XI. ex libro quodam vetusto  
 german. afferuntur, conferri debent cum  
 iis, quæ Olearius p. 10. suæ præf. ex alio li-  
 bello germ. excerptis, quæque eadem sunt  
 quoad res & verba. Ibid. p. 164. n. IV. ex ital.  
 libro, cui tit. Le cose miravigliose della cit-  
 ta di Roma, con il nome delle reliquie & sta-  
 tioni &c. in Milano per Jo. Anton. da Bur-  
 go, prolixus locus, italice exhibetur, qui  
 idem est illi, quem Tenzelii recusis libel-  
 lus p. 77. sqq. latine habet. Quid? sequen-  
 ti pag. 166. Ehingerum excerptisse videmus  
 alium librum, inscriptum: Mirabilia urbis  
 Romæ, nova, recognita & emendata, at-  
 que in verum sensum reducta, anno Jubi-  
 læi M. D. L. Romæ excusa, apud Anton.  
 Asculanum. Hic lit. c. bb. occurrit integer  
 ille locus; qui Tenzelii opusculum tanto-  
 pere commendat, totidem verbis, paucif-

Kk § si.

diisse, TE habeo auctorem, VIR Cel. Qui omnes  
 à Witekindi opusculo in vicinia evulgato, diversi  
 existunt.

(n) August. Vindel. 1724. 8. edita. In transitu li-  
 ceat

simis immutatis, quæ rei ipsi nil quicquam detrahunt. (o) Sed ad alia progrediendum, Sleidanus Comment. Lib. IX. med. p. m. 246. sqq. excerpit libellum, cujus autor latere voluit, gallico idiomate conscriptum contra Pontificios, ad a. 1534. ubi pag. 248. lepidus locus de Joanna Papissa occurrit. Extat & Petri Pauli Vergerii, peculiaris, sed brevissimus (vidi enim & legi) hoc de argumento libellus, in Witekindiano quoque opusculo p. m. 34. allegatus. Libellus ille  
Schmi-

ceat hic aliquid observare ad librum hunc, ejusque p. 135. 136. diligentissimo ejus auctori forte haud ingratum futurum. Retulit ibi inter opera Ehingeri, quæ in MSC. reliquit, n. 2. S. Athanasii interpretationem Psalmorum, prelo ab eò paratam, cum addita in fine Chald. Paraph. R. Joseph, quam B. Arias Montanus in latinum sermonem transtulit; aitque, MS. hoc apud Francofurtenses asservari, teste Tenzelio in colloq. Menstr. 1698. p. 496. qui & aliud MS. in Bibliotheca Senator, Lipsiensi, extare, affirmat, quod idem Ehingerus manu sua descripsit, & D. Hoëo quondam obtulit. Hæc cum Tenzelius narret, addo, alterum hoc MSC. in Bibl. Sen. Lips. nunc servatum in Biblioth. Ad. Christ. JACOBI, JCTi & Consiliarii Elect. Saxon. olim fuisse, nam in ejus Catalogo, P. II. p. 357. inter libros MSC. in fol. n. 14, hunc quoque reperio, hoc titulo notatum: *Ἐρμηνεία Ἀθανασίου ἐν Ἠσάμους* ex Bibl. Augustana ab El. Ehingero scripta, Matthiæ Hoë muneris data.

(o) Unde hic libellus eodem quo ille alter Tenzelii pre-

Schmidii cujusdam, quem Heumannum,  
Virum clarissimi nominis pag. 142. sui sche-  
diasm. de Anon. & Pseude allegare dixi T.  
VII. p. 935. Bibl. Brem. interea temporis ipse  
iii-

pretio est habendus; quod in ipsa urbe Romana,  
diu post Reformationem Lutheri impressus,  
locum tam commemorabilem refert. Alio ex libro  
italice scripto, Romaeque 1570. excuso, hoc tit.  
*Le Cose miravigliose dell' alma Citta di Roma*, Ehingerus  
quæpiam hujus argumenti descripsit, quæ  
p. 166. 167. adducuntur. Unde credo, ex Ten-  
zeliano opusculo hos libros Originem suam traxis-  
se, qui subinde aucti & correcti illum locum re-  
tinuerunt primo integrum, dein sensim sensimque  
contraxerunt, usque dum tandem penitus, ex istius  
generis libris, qui mirabilia Romæ, & templa  
præsertim aliæque, describunt, veluti extermina-  
tus est. Quod ne dixisse magis, quam probasse  
videar, producam alium librum, quem ipse possi-  
deo, quique Ehingerianis respondere videtur. En  
titulum illius: *Trattato nuovo delle cose maravi-  
gliose dell' alma citta di Roma, ornato di molte figu-  
re, nel quale si discorre di 300. e più Chiese. Compo-  
sto da F. Pietro MARTIRE Felini da Cremona dell'  
Ordine de' Servi, & di tutte le antichità figurate  
d' essa Città, già da Prospero Parisio aumentate, &  
hora dal sopradetto F. Pietro Martire con diligenza  
corrette, ampliate, e con bellissimo ordine disposte.  
Con Privilegio. In Roma, MDC.XV. 8v. In Dedi-  
catione, quam Fr. Pietro Martire Felini Servita,  
(ita enim subscripsit) Di S. Maria in via il I. di  
Gennaro, 1610. exaravit, fatetur ipse, se librum  
quendam cujus titulum exhibuimus, valde imper-  
fectum, & quasi totum renovandum, amicorum  
pre*

incidit in manus meas, quem, quoad fieri potest, breviter describam. „Titulum integrum primo afferam, qui talis est: Papa „mulier, sive vera & infallibilis narratio de „Papa Joanne VIII. femina, in qua de coe- „libatu Sacerdotum contra Franciscum Co- „sterum, de castitate, dominio, successio- „ne, Rom. Pontificum utiles obiter insper- „guntur commonefactiones, annexa refu- „tatione illorum, quibus in historia Joannis „VIII. mulieris, infringenda, nonnulli u- „tuntur. Scripta in B. B. Lutheri, Hunnii, „My-

precibus emendandum & recudendum suscepisse  
*Essendo d' amici, inquit, pregato à pigliare qualche  
 consideratione sopra un libro detto: Le cose mara-  
 vigliose dell' Alma Città di Roma, (en titulum;  
 qui & p. 166. vitæ Ehingeri producitur, ubi & li-  
 ber, Romæ 1570. memoratur, impressus) li diedi  
 subito di mano, trovandolo assai imperfetto, sì per  
 le molte scorrettioni, come porche mancavano più del-  
 la metà del soggetto stesso, à talchè è stato necessario  
 rinovato quasi tutto, & reliqua. Hic uti & in  
 Tenzeliano libello, describuntur templa, aliæque,  
 p. 171. ubi templum ad S. Clementem repræsen-  
 tatur, (qua occasione auctor opusculi Tenzelii  
 locum illum notabilem scripsit) nil prorsus de  
 de hoc argumento legitur, neque alibi quicquam  
 reperire licuit, ut haud immerito statuere quis  
 possit, ea, quæ in veteribus hujus libri editioni-  
 bus, hæc de re leguntur, in hac impressione ex-  
 puncta esse, uti & nomen Joannis VIII. feminae in  
 Catalogo Roman, Pontif. qui p. 222. sqq. inseritur,  
 est omillum,*

„Mylii, Gesneri, Rungji &c. Præceptorum  
 „de tota Christiana Ecclesia meritorum, fa-  
 „mam ac nomen redimendum, quorum  
 „manes Limnochares Esavitici è palude sua  
 „Romanensi, inquietare nituntur, à quodam  
 „FABRO Domini JESU, veritatis, reli-  
 „gionis Evangelicæ, & Academiae Wit-  
 „tenbergensis Studiofo. Witebergæ, typis  
 „Laur. Seuberlichs, impensis Pauli Helwi-  
 „chii, Anno, MDC. IX. 8. pagg. 70. Auctor  
 „idem ille mihi videtur, ejus Wittenius  
 meminit ad A, 1632. 12. Decemb. qui illi  
 emortualis fuit, etsi scripti hujus nullum ibi  
 fit indicium. Dedicavit hoc suum opuscu-  
 lum D. Leonh. Huttero, in qua pridie diei  
 natalis, qui Christo sacer, 1608. exarata,  
 scribit, haut ante multos annos, Parentem  
 suum, Ecclesiæ Christianæ ad 34. annos vi-  
 gilantem ministrum obiisse, in marg. hæc  
 adduntur: E. H. S. O. in ipso Ascens. festo,  
 Maji, 17. A. 1604. Post procemium, libel-  
 lum hunc dispertitur in tria capita, quorum  
 contenta enarrabo. C. I. p. 5. inscribitur: *Hi-*  
*storie sive rei geste simplex narratio, cum nonnul-*  
*lis contra Franciscum Costerum de cœlibatu, con-*  
*cludentibus* Cap. II. p. 35. sistit objectorum  
 pro Papæ-Mulieris historia infringenda, elen-  
 cham. Cap. III. p. 51. agit de vera rerum  
 propositarum significatione. In Cap. II. a  
 pag. 36. usque ad p. 50. disputat haud sane  
 in-

indocte, contra anonymum quendam. Ad-  
 scribam ipsa ejus verba p. 36. Edidit annis  
 superioribus (p) quidam juvenis, cui de ju-  
 ris ac criticae profectibus nihil cupio detra-  
 ctum, libros duos de utilitate legendae hi-  
 storiae, eosque Justo dicavit Lipsio, ubi ex  
 professo, satis tamen pueriliter hanc à sede  
 Romana cupit amoliri puerperam. &c. Res  
 omnis fere huc redit ad stabilienda testimo-  
 nia scriptorum vetustissimorum, qui hujus  
 historiae mentionem fecerunt. p. 43. ait:  
 Criticus noster Martinum (Polonum intelli-  
 git, quem paullo ante ex Archivo Papali  
 hanc historiam fide dignissimam, descri-  
 psisse, dixit) fabulis celebrem vocat: Lau-  
 rentius Francus, qui hac de re pro Papa  
*αλογία* sive Apologiam scripsit singularem,  
 (q) Martinum excusat, & ab aliis, cum ty-  
 pographorum ars nondum coepisset, tot ef-  
 se

(p) In margine editio indicatur, 1593. Antwerp.  
 ex offic. Plantiniana. In Catal. Bibl. Menck. pag.  
 172. Jo. Bernartii liber de utilitate legendae histo-  
 riae, Antwerp. 1593. 9. editus, memoratur, hunc  
 innui hic credo, convenitque elogium ipsi datum  
 cum illo Naudæi, qui in Bibliogr. Polit. p. m.  
 114. Bernartium judicium cum eloquentia con-  
 juaxisse, scripsit.

(q) Hanc Apologiam à Sagittario loc. cit. non vjdeo  
 adductam.

se mendacia operibus inserta ait. (r) Sic nimirum trepidant Pontificii, quos veritas & conscientiae angor diversum sentire non concedit. Ter-giversantur in hoc, quod ante paucos annos libere sunt confessi, uti evictum in capite primo. Hæc ille. Sed sufficiant ista de libello hoc, cujus errorem quendam annotavit VIR CL. HEU-MANNUS in laudato de Anon. & Pseud. Sched. p. 142. Ceterum neque id non annotatum præ-terminare decet, Vir Cel. Imman. WE-BERUM, in Specim. secundo paroemiarum historiarum ad res Germaniæ illustrandas comparatarum, Giessæ 1716. 4. edito, occasione paroemiæ, Johannes imberbis, quam à Papilla Johanna, arcessendam putat, tri-bus fere plagulis erudite de hac historia age-re. Cui ad manus non sunt illa specimina, is earum recensionem succinctam legere potest in Bibliotheca Historica Hamburgensi, Cent. VII. art. 98. 99. 100. à pag. 301. sqq. conf. quæ Cel. Bierlingius in Comment. de Pyrrhonismo Historico, Lipsiæ 1724. 8. edita, Cap. I. §. XVI. annotavit.

Hæc adeo erant, HASAEE Venerande, de quibus publice TE compellare visum fuit, utinam tempestive satis & aliquo commodo tuo!

(r) Æquius ergo judicium tulit, quam Cas. Oudi-nus, merito in hac Biblioth. T. VII. pag. 957. not. (i) notatus.

tuo ! Humanitati tuæ tribuas velim hunc conatū meum: aliud præstare temporis angustia, aliæque, quæ me circumstant, rationes prohibuere. Neque tamen vel sic improbandam censebis voluntatem meam, quæ tibi semper promptissima aderit. Vale, & quam ante hunc ipsum annum, oratione elegantiarum & doctrinæ plenissima, auspiciatus es, Theologiam in Illustri Gymnasio profectendi, spartam, eam porro feliciter instrue, mihi que favere perge.

Dab. Cal. Jul. Anno R.S.

MDC.C. XXIV.

P. S. Liceat subjungere Dodecada scriptorum, quæ occasione concilii *Mantuanæ & Vicentianæ* indicti, olim evulgata, hodie vero maximam partem, tantum non conspectui hominum subducta sunt, ad supplementum diss. quam in fasc. I. hujus VIII. tomi p. 164. exhibuisti.

1. Ausschreibung eines heiligen freyen Christlichen Concilii, anno 1535. in 4. (a)

2. Bulla

(a) Constat sex foliis, sub fin. legitur: geben in unserm Göttlichen himmlischen Thron/ im Jahr 1535.

2. Bulla indictionis sacrosancti generalis Concilii, Mantuæ ad d. 23. Maji. 1537. celebrandi. d. 2. Jun. 1536. emissa. (b)
3. Colloquium de futuro Concilio Mantuano, anno 1536, per Urbanum Regium, germanico idiomate. (c)

Class. VIII. Fasc. III.

L1

4. Cau-

(b) Habetur apud Goldastum in Politicis Imper. conf. supra not. (k) ad §. VII. ubi & de ejusd. versione germ. agitur.

(c) Summe Ven. Abbas, Joh. Fabricius, in Hist. Bibl. suæ, P. II. n. 1. recenset opera Urb. REGII. In alterius ergo voluminis, quod scripta vernaculo sermone emissa, complectitur, Part. IV. n. 7. id colloquium reperitur. p. 12. Cel. Fabricius titulo allegato hæc addidit: *Nempe, inquit, Concilium Mantuanum indictum erat a Papa Paulo III. in annum proxime futurum. De eo igitur jam colloquuntur Phariseus, Sadduceus & Orthodoxus, & horum ultimus differit de nomine, potestate & convocatione concilii, quenam persona convocanda, de materiis seu argumentis concilii, & penes quem debeat esse jus decidendi seu deserviendi.* Hactenus verba Fabricii. Mihi ad manus est editio in forma quarti ordinis, quæ hac gaudet inscriptione: *Dialogus. Ein lustig u. nützlich Gespräch vom zukünftigen Concilio zu Mantua, zwischen einem Weltfrömen / und einem Epicureer, und einem Christen / durch Urbanum Rhegium, zur Zelle in Sachsen. Augustinus ad Januarium: Plenariorum conciliorum in Ecclesia saluberrima est autoritas. Constat 8. Philyris. In fine hæc lego: Das ander Gespräch von der Lehre / soll / ob Gott will / bald nachfolgen. Gedruckt zu Wittenberg / durch Joseph Klug / 1537. conf. Schmidii Contin. Introd. Sagitt. p. 1453. & Fabricii Bibl. Gr. Vol. XI.*

4. *Causæ*, quare Synodum indictam à Rom. Pontifice Paulo III. recusarint Principes, status & civitates Imperii, profitentes puram & Catholicam Evangelii doctrinam. Vitebergæ, 1537.  
 4. ex officina Georg. Rhaw. (d)
5. Illustrissimi ac potentissimi Regis, Senatus, populique Angliæ sententia, & de eo concilio, quod Paulus Episcopus Romanus Mantuæ futurum simulavit, & de ea bulla, quæ ad Cal. Nov. id prorogavit, declarata A. M. D. XXXVII. (e)
6. Eine Unterredung zwischen den Pasquillen und Deutschen / von dem zukünftigen Concilio zu Mantua. Psalm. CXXIV. gelobet sey der Herr / daß er uns nicht gibt zum Raube in ire Zorn. M. D. XXXVII. 2. plag. 4. Sine loci & auctoris mentione. (vid in not. (g) infra, locum Laur. Surii.)

7. Eine

XI. p. 712. ubi & editio Hamb. 1538. 8. producitur.

(d) Extat hoc scriptum in Goldasti Polit. Imper. conf. quæ dixi supra prolixè in not. (m) ad §. IX.

(e) Inferta est Tom. V. Fasc. III. n. VII. p. 507. sqq. Bibl. Brem. adde quæ differui ad §. I. not. (a) & §. IX. conf. §. XI. not. (s) ubi de altero Anglorum recusationis libello contra Concil. Vicent. actum est.

7. Eine Frage des gantzen heiligen Ordens der Kartenspieler vom Karnöffel / an das Concilium zu Mantua, gebessert 1537. 4. 1. plag. (f)
8. Einer aus den hohen Artickeln des Allerheiligsten Päpstlichen Glaubens / gesandt / Donatio Constantini, durch D. Martin Luther verdeutschet / in das auffgeschobene Concilium von Mantua, Witemberg / durch Hans Lufft / 1537. 4. 6. Bogen. (g)
9. Die Lügend von S. Johanne Chryso-stomo, an die heiligen Väter in dem vere-meinten Concilio zu Mantua, durch D. Mart. Luther gesandt. Witemberg / 1537. 4. durch Hans Lufft / 4. Bo-gen. (h)

Ll 2

10.

(f) Ill. Seckend. in ind. III. Com. de hist. Luther. ad annum 1538. in supplendis n. 2. scribit, Tomo VI. Altenb. Lutheri operum p. 1087. haberi scri-  
ptum Satyricum ad Pontificem, nomine colluso-  
rum, qui de ludo chartarum quodam in Germa-  
nia usitato, nec hodie plane abolito (Karnöffel vo-  
catur) quæstiones proponunt, quibus Pontificis  
propositum de concilio Mantuæ indicto, & de re-  
formatione curiæ suæ, false exagitur.

(g) Reperitur etiam in Tom. VI. Jenensi Germ. ad  
A. 1537. n. 2. p. 520. (conf. Fabric. Bibl. Hist. P.I.  
p. 445.) & Tom. VI. Altenb. pag. 1088. vid. Se-  
ckend. index III. ad A. 1537.

(h) In eodem Tomo VI. Jen. Germ. n. 7. ad dictam  
an-

10. Warhafftiger Unterricht eßlicher Handlungen / die sich Pabst Pauli des Nahmens des dritten / Concilii halben / das er den nechstkünfftigen drey und zwanzigsten Tag des Meien, gegen Mantua bestimmt hat / zwischen Römischer Kayserl. Majestät Oratorn, und Vice-Canzler / Doctor Matthiasen Held, und den Chur-Fürsten / Fürsten / Grafen / Herrn / auch den Städten / so der warhafftigen Evangelischen Bekänntniß und Confession, verwand seyn / auff nechist / berührter Stende zu Smalkalden gehaltenem Tage / zugetragen haben. Und auf daß ein jeder Leser sehen und prüfen möge / daß obgemeldter Confession. Verwandten / gegebene Antworten / aller der Handlungen halben / darauf sich ziehen / ergründet und wahr / so sind am Ende dieses Drucks / dieselbigen Handlungen / wie die nacheinander ergangen seyn / angehenget. Wittenberg / M. D. XXXVII. 4. durch Georgen Rhaw, gehet im Alphabeth bis an den Buchstaben O. (i)

11.  
annum, p. 534. exstat. (vid. Fabric. Bibl. Hist. P.I. p. 446.) & Tom. VI. Altenb. pag. 1102. vid. Seckend. comm. de Luther. Index III. ad a. 1537. ubi & de aliis huc pertinentibus Lutheri scriptis, agitur.

(i) Consulto integrum hunc titulum exhibui, quem Hort

11. Declaratio altera Regis Angliæ contra concilium Vicentiam deinde indictum, Londini, 6. Idus April. 1538. (k)
12. Von den Conciliis und Kirchen/ Doct. Martin Luth Wittenberg/ 1539.4. durch Hans Lufft. 1. Alph. 10. Bogen (l)

L 1 3

VIII.

Hortlederus non totum adscribi iussit. Is T. I. Lib. I. à Cap. XXV. sqq. pleraque hujus collectionis scripta, sed non eodem ordine, refert, ejus adjectam notam observari, utile erit.

(k) Germanicam hujus alterius declarat. Anglorum versio apud Hortled. T. I. Lib. I. cap. 31. occurrit.

(l) Extat hic tract. T. VII. Jen. Germ. n. 2. ad a. 1539. & T. VII. Altenb. p. 235. Ejus brevem recensionem dedit Sleidanus Lib. XII. ad a. 1539. p. m. 345. fusioem vero exhibet Seckend. Lib. III. §. LXXVI. pag. 244. sqq. calumniamque Maimburgii Lib. III. Sect. 18. sub fin. reperiundam, quasi Lutherus omni conatu celebrationem concilii impedivisset, (quæ & cavillatio Laur. Surii est, in Comm. RR. gest. ad a. 1538. ) merito retundit.

*Recensio libri, urbem ROMAM, ejusq;  
memoranda, describentis, & me-  
morabile JOHANNAE PAPIS-  
SAE testimonium praebentis, im-  
pressi Romae, 1499. 8.*

**E** Pistola doctissimi Viri, mihi quidem, quod nollem, ignoti, quam modo legisti, occasionem mihi praebet hoc loco exhibendi notitiam libelli omnium longe paucissime visi, ex quo novum, neque, quod sciam, abs aliis notatum peti potest testimonium pro existentia mulieris, quae cathedram Romanam occupasse dicitur. Ideo videtur ille formis aeneis exscriptus esse, ut indicis officium fungeretur Germanis, qui illius gentium quondam Dominae commemorabilia oculo curioso contemplatum illam intraverant. En tibi ejus Titulum & argumentum, quod in prima pagina his verbis indicatur.

„In dem buechin stet geschriben, wie Rom, me gepaut wart; und von dem ersten Kunig und von einem ytsichen Kunige zu Rom, wie sie geregieret haben. Und das auch die Romer keinin Kunig mere wolten haben, und satzten Haubleut und Burgermeister lange zyt von den ersten Keiser

„Julio, und von allen Keisern zu Rom, wie  
 „sie geregelt haben bis zu Keyser Constan-  
 „tinus zytten. Wie Keiser Constantinus  
 „getaufft wart, unt von Ausatz gereinigt  
 „wart. Wie er den Pabst Silvester, die Stat  
 „Rom und das Land daselbe gab; um und al-  
 „len seinen Nachkomē, und satzet in und seinen  
 „Nachkommen zu einem Haupt aller Cristen.  
 „Was Kirchen in Rom sint, und was heil-  
 „tum und gnade in der Kirchen allen ist. Al-  
 „le die stationes, die in den Kirchen sint  
 „über das gantze Jar.

In fine haec leguntur: Getruckt zu Rom  
 durch Johannem BESICKEN, und Marti-  
 num AMSTERDAM; in dem Jar als man zalt  
 M. CCCC. XIX. zu der zyt des Pabsts Ale-  
 xandres VI. in seinen achten Jar. Continet  
 plagulas octo in 8.

In fronte libri exstant insignia Alex. VI.  
 Papae, ad quorum dexteram est aquila biceps  
 eum insignibus Austriacis, ad sinistram cly-  
 peus, cui inscriptae literae. S. P. Q. R. ut co-  
 gnoscas non sine privilegiis Papae & Impe-  
 ratoris librum impressum esse.

De Johanne Papissa fol. f. 4. haec leguntur;  
 „Darnach so kompt man zu einem kleinen  
 „Capeljin zwischen Coliseo unt sant Cle-  
 „ment; da ist eine gebrochne Kirch, da in  
 „starb die Fraue, die Pabst was gewesen: si  
 „trug ein Kind: der Engel thet ir kunt,  
 „ob sie wolte ewiglich verloren werden,

„oder zu weltlicher Scanden komen. Dar-  
 „umb das sie nicht verloren werde, erwelt.  
 „sy ir schand : da sy in pabstichen wesen mit  
 „allen Cardinalen in der Process ging, und  
 „vil Folk mit ging, da genas sie by derselben  
 „Kirchen eines Kindes. Da stet noch ein  
 „Stein, daran hat man ir Pild mit den Kinde  
 „gehawen; *In gratiam exterorum haec lice-  
 at latina facere; Tum acceditur ad parvum sacellum  
 inter Coliseum & aedem D. Clementis; Ibi cernuntur  
 rudera templi, in quo mulier animam exspiravit,  
 quae Papa fuerat. Utero gestabat infantem: An-  
 gelus illi optionem dabat, num mallet aeternum  
 perdi, an ignominiam mundi sustinere. Ne periret  
 perpetuo, elegit contumeliam suam. Cum itaque ha-  
 bitu pontificali cum omnibus cardinalibus procede-  
 ret, comitante eam magna populi caterva propter  
 illam aedem, infantem edidit. Est ibi adhuc sa-  
 xum, quo effigies mulieris cum infante lapidi in-  
 sculpta cernitur. Sunt haec fere eadem, quae  
 ex libello Germanico pariter Romae anno se-  
 quenti 1500. vulgato exhibentur in app. alle-  
 gati supra Bruckeriani de vita Eliae Ebin-  
 geri commentarii pagg. 170.*

Discitur inde (1.) moriente jam saeculo  
 XV. in urbe Roma libros Germanicos, eosq;  
 Germanicis literis excusos fuisse. (2.) Sup-  
 pleri hinc possunt eorum labores, qui incu-  
 nabula Typographiae scripserunt, & primos  
 Romae typographos annotarunt, cum &  
 hinc pateat, Belgas illam artem ibi tunc ex-  
 er-

ercuisse. (3.) Narrationem de Papa quadam muliere in ipsa urbe ante Reformationis tempora publice circumlatam & creditam fuisse. (4.) Ad perpetuam rei memoriam peregrinantibus Romae ipsum locum, in quo res illa insolita contigit ostensum, sacellum adeo exstructum, & marmoream statuam, ut si *vel homines silerent, SAXA EAM LOQUERENTUR!* (5.) Non itaque illam haberi posse a Protestantibus in odium Pontificiorum effictam. (6.) Neque posse illos aegre ferre, si ab his objiciantur, quorum memoriam & in libris consentiente Papa impressis, & in publicis lapideis monumentis omni studio conservari voluerunt Romani. Equidem non diffiteri velim, re impensius licet considerata, nondum videre me posse, quomodo illorum argumentis, qui fabulam illam infitiantur, ita responderi possit, plene iis ut satis fiat, nunc tamen & ego argumentum proponam, quo, qua ratione se expedire queant aulae Romanae gnathones scire gestio.

Quod tot saeculis & ecclesia Romana, & ipse Romanus Pontifex agnovit & credidit, id verum est.

Johannem VIII. feminam Papam fuisse, & ecclesia Romana tot saeculis & Papa ipse agnovit, crediditque. Itaque Johannem VIII. feminam Papam fuisse, verum est.

Propositionem priorem quod adtinet, eam nemo unus negaverit, ecclesiae Latinae aequala, cum, neque ecclesiam, neq; Papam errare

posse, doceat, imo hanc thesin inter præcipua sua & capitalia dogmata recenseat ecclesia Romana.

Posterioris theseos veritas, quoad ecclesiam, inde elucet, quod per plura secula de feminae hujus pontificatu, nec fortassis usquam dubitatum fuit, fatente Joanne Launojo in Epist. L. IV. epist. ultimâ, nec ante Joannem Aventinum sub primordiis emendatae religionis quisquam aperte illum negare sustinuit. Papam autem illum agnovisse, & credidisse, non ex eo solum colligas, quod Joannes XX. observante Bellarmino, se dixit Johannem XXI. quod ab eo fieri nequivisset, nisi Johannem hunc VIII. feminam ex Pontificum ordine non exturbari posse commode, fuisset persuasus, sed & ex libellis pluribus hanc historiam narrantibus, & nibilominus summi sacerdotis Romani nomen in limine præ se ferentibus, quorum haud exiguum numerum exhibere possem, id si postularetur. Præcipue autem id patet ex libris illis, qualis ille est, de quo nunc agitur, in urbe Roma sub oculis ipsius Romani Praesulis plus vice simplici divulgatis, & inter omnium nationum peregrinos distributis, licet lepidam illam historiam cum omnibus suis circumstantiis enarrarent apertissime. Quid enim? Vel historiam hanc Alexander VI. ille non homo, sed hominis monstrum, credidit, vel secus. Si non credidit, cur passus

passus est Stephanum Banckium sibi librum  
 inscribere de *mirabilibus Romae*, in quo illa  
 recensita est. Cur passus est inseri libellis, in  
 ipsa urbe Roma excusis, idque iteratis edi-  
 tionibus, praefixis quasi in confirmationem  
 rei & suis & Caesaris insignibus? Cur mo-  
 numenta vel saxea non solum solicite asserva-  
 ri, sed & peregre Romam eam lustratum  
 venientibus, ne quisquam hanc rem igno-  
 raret, ostendi voluit? Sane si vel falsam  
 credidisset, vel ullo colore persuasionem  
 de ejus veritate evelli ex hominum animis  
 potuisse sperasset, non ita propalari sivillet,  
 rem, qua nulla cum pluribus scandalis, vel  
 turpiori opprobrio sedis Romanae conjuncta  
 fuit unquam, & quae legitimam Romano-  
 rum Pontificum successionem non concutit  
 solum, non labefactat, sed funditus ever-  
 tit, & pessumdat. Unde recte inferes, Pa-  
 pae hanc rem omni no fuisse creditam. Si au-  
 tem ille eam credidit, vel infallibilem eum  
 jactare desines, vel reapse mulierem, sedem  
 Romanam tenuisse, adeoque interruptam  
 Pontificum seriem confitebere, & sic utrum  
 eligas, lupum, quod ajunt, auribus tene-  
 bis. Ceterum, posterioribus temporibus in-  
 ter Romae memorabilia ea Johannis VIII.  
 monumenta recenseri desierunt. Patet id  
 ex libro jam ab Irenæo nostro, τῷ βιβλιο-  
 φιλάτῳ sub finem epistolae praecedentis ex-  
 citato, cujus editionem Romae MDCX. vul-  
 gatam

gatam formae, quam vocant octavam, sub hoc titulo inter libros meos numero. *Trattato Nuovo delle cose maravigliose dell' alma citta di Roma, diviso in due parti. Nella prima si discorre brevemente delle cose più essenziali appartenenti à trecento & più Chiese. Nella seconda con facilità, & bellissimo ordine si mostrano, & dicharano tutte l' antichità della detta alma Citta composto da J. PIETRO MARTYRE, Felini, da Cremona, dell' ordine de Servi. Secundae partis haec est inscriptio. L' Antichità dell' Alma citta di Roma, Già da PROSPERO PARISIO augmentate cet hora con diligenza da Fra PIETRO MARTYRE (a) Felini corrette & molto ampliate, in Roma*

(a) Fuere complures hujus nominis, qui ne inter se confundantur, quod & magnis viris contigit, probe notandi sunt. (1) Petrus, MARTYR, Anglariensis, (est autem Anglaria (Anghiera) vicus Ducatus Mediolanensis, Regum Ferdinandi & Isabellae Consiliarius, vir sui aevi haud postremus, cujus exstant epistolae de rebus Hispanicis, Decades de navigatione & rebus Oceani; sive de orbe novo, & legationis Babylonicae L.III. (2) Petrus MARTYR, Vermilius, Florentinus, notissimus ille & maximorum in ecclesiam meritorum Theologus. (3) Petrus MARTYR, Festus, Urceus Hispanus, cujus exstat *summarium constitutionum pro regimine ordinis Praedicatorum & bonis moribus monialium*; Par. 1619. 4. teste Catal. Bibl. Bodlejanae p. 437. (4) Petrus MARTYR, Tronus, Italus, Novariensis, qui scripsit librum de *ulceribus & vulneribus capitis*, Ticini, 1584. 4. citantibus Catalogis Biblioth. Bodlejanae l.c. & Francofurtanae p. 190. & Lindenio de scriptis medicis L. I. p. m. 898. & (5) Denique hic Petrus MARTYR, Felinus, Cremouensis, Servita. T. d. H.

Roma 1610. 8. In his neque illius facelli, neque statuae fit mentio, nec in eatalogo Pontificum Joh. VIII. apparet. Nuper aliquot pagellis Helmstadii prodiit Polycarpi LEYSERI, clarissimi in Academia Julia Professoris, & jur. med. & philos. Doctoris *prodromus novae ad Johanna Papissae existentiam probandam demonstrationis*, ad cujus calcem trias testium adducitur, illam de Papissa Johanna historiam ante restituta sacra enarrantium, qui in Guelpherbytana Bibliotheca asservantur, aliis nondum memorati. Primus est Joannes de UTINO, in Chronico MSto de Imperatoribus & Papis. Secundus est *anonymus*, qui lingua Germanica a. 1435. simile Chronicon scripsit. Tertius Donatus BOSIUS, Causidicus & civis Mediolanensis, qui in libro *gestorum dictorumque memorabilium*, impresso in inclyta civitate Mediolani per solertissimum artis impressoriae magistrum Antonium ZAROTUM, Parmensem a. 1492. ut in fine legitur, haec habet; *Anno Domini DCCCL. Johannes CVI. efficitur Pontifex Anglicus, ex Maguncio oriundus qui sedit annis II. & mensibus II. & fama est hunc Joannem feminam fuisse, & uni suo familiari tantum cognitam, a quo compressa & gravida facta parturuit Papa existens, quare eam inter Pontifices quidam non numerant.*

Liceat id quoque addere. Cl. Jo. Georg. Eccardus in praefatione, quam collectaneis

Mm

ety.

etymologicis Leibnitianis præfixit, pag. 61. commemorare ill. Leibnitium constituisse historiae suae Brunsvico-Lunenburgensi insere. re dissertatiunculam, inscribendam; *Flores sparsi in tumulum Papissae*; ubi novis illatis in historiam luminibus fabula illa, ut scribit, explodenda sit, quae solis hæctenus tenebris Chronologicis se tueatur. Contra prodiit. *Offenbahres päpstliches Kindbette/oder gründliche Zeugnisse uhralter berühmter Scribenten/so meist vor Luthero gelebet/zu beweisen/dasß Pabst Johannes VIII. eine Weibespersohn gewesen/und in öffentlicher Procession ein Kind geböhren/a. 1717. in 4. plagellis 4.* Hic autem liber præter testimonia protrita auctororum, quorum primus est Marianus Scotus, nihil habet memorabile. Exstant de eodem argumento dissertat. in Relation. in a. 1716. p. 507. & G. Haendelii diff. quæ a. 1692. Witteb. prodiit. Sed revertamur ad libellum, qui de his loquendi ansam præbuit.

Prolatis supra verbis proxime sequentia adjunguntur; ex quibus, quid de narratiunculis hujus libri sit statuendū, conjicies. „Item zu der „*andern siten der spiegelburg stat ein sinvel (b) gemeur, da sturt die frawe uff die Virgilium hat gemarret, unt von irentwegen erlescht Virgilius alle fuer zu Rom. Es mocht da niemant kein fuer zunen, dan an der frawen scham; &c.*

Ceterum fabularum non minus vilis anno.

(b) *Sinvel* nunc obsoleta vox notat rotundum.

mona est, quam gratiarum & indulgentiarum, quae hae loca sanctae Romae & reliquias visitantibus ad multo millenos annos promittuntur. Ut ex fimbria de texto conjectura fieri queat, unam alteramve narratiuncularum excerpere liceat.

Causa, cur Hierosolyma à Vespasiano deleta sit, haec traditur; sc. Imperatorem laborasse ingenti morbo, ita, arrigite aures! ut vespae (b) in ejus naso creverint. Accessisse autem illum legatum quendam Hierosolyma, a quo cum sanari cuperet Imperator, ab eo didicit, in urbe sua hominem esse, qui & morborum genus pellere, & mortuos excitare posset. Ejus potiundi desiderio cum tangeretur; percepit porro, eum jam a Judaeis insontem necatum & cruci affixum esse. Id indigne ferens, quod frustra sperasset se ab eo quoque sanatum iri, jurat, se necem ejus in gente Judaica, ulturum, quod jus jurandum cum vix dedisset, se malo suo liberatum esse persentiscit.

Ad S. Johannis ante portam latinam ahenum collocatum extare, narratur, in quo S. Johannes ferventi oleo, quod ei roris vicem praebuerit, fuit olim immersus. Ite nunc emunctioris naris Viri, interque eos; tu do-

M m 2

Missi-

(b) Quidni heic originem nominis ejus ignoratam adhuc Criticorum genti elicias, & *Vespasianum*, quasi *Vespanasianum* dictura dicas?

Etissime Heumanne (c), & de illius historiae veritate movete dubia.

Ad aedem Sanctae Balbinae dicuntur duae sepultae esse virgines, quibus Domini nostri facies sub effigie Dei Patris apparuit: scire gestirem, qualis illa effigies fuerit?

In sacello S. Petronellae, filiae Petri ibi sepultae lapis altaris ostenditur, ita lacrymis Petri, cum Christum abnegaverat, excavatus, ut ejus canalis duorum digitorum latitudinem habeat.

In sacello S. Martini narratur statuam ingentem esse Petri sedentis, & pedem suum osculaturis offerentis. Additur autem, qui illi pedi osculum fixerit, eum non minus inde sibi acquiraturum gratiarum, quam si Papae pedes suaviatus fuisset. *Certe nihil verius dici poterat.* In hujus ecclesiae medio quoque sepultum esse Bedam venerabilem. Mirum ni & hic legatur versus ille, quem Bedae discipulo divinitus in somno suggestum fuisse, illiusque cognomini ansam prae buisse narrant. *Hac sunt in fossa Bedae venerabilis ossa, cum antea scripsisset, Hac sunt in fossa Bedae presbyteri ossa.* In templo S. crucis peccatorum veniae alligatae narrantur usque ad annos millenos, quibus frui potest, quisquis tantum ex aedibus suis egressus fuerit, eo animo, ut aedem illam salutet, si vel in via

(d) Vide Bibl. hujus Tom. III. p. 316. sqq. Tom. IV. p. 935. sqq.

moreretur, eum omnium delictorum suorum veniam habiturum.

Ante hoc templum lapidem conspici marmoreum commemoratur, super quo Papa qui ut dignitatis illius potiretur, se Diabolo commiserat, (credo *Sylvestrum* innui) in frustra caesus fuit, quæ malis Daemonibus in forma avicularum apparentibus objecta fuere. Additur omnes illas partes ablatas fuisse, praeter cor, quod auferre nequiverunt, in signum bonum gratiae! Verba haec sunt; *si furten die stuck alle bindan, allein das hertze, das mochten si nicht hinfubren; das was ein Zeichen der Genaden!* Eant nunc, & ejusmodi historias de Papis ex Protestantium cerebro effictas jactent curiae Romanae satellites!

In ecclesia St. Sebastiani & Fabiani, cui XLVIII. Mille annorum indulgentiae annexae sunt, ostenditur lapis, super quo Deus ipse stetit, quando Petro apparuit prope Romam, ubi Petrus dixerit; Domine, quo vadis? cui Christus respondebat, se Romam tendere, ut altera vice crucis supplicium ibi pateretur. Additur autem ea fini discessisse Roma Petrum, ut martyrium effugeret. Quod autem mireris eadem fabula repetitur deinceps & illum lapidem, in sacello aedis D. Virginis de annuntiatione reperiri refertur. Mendacem oportet esse memorem

rem ! Ad divae Virginis Scholam Graecam ostendi scribitur , lapidem illum , qui pejerantibus solitus fuerit digitos demordere. Dicitur illum Italicè ; *La bocca della veritate*. Confectum eum esse à Virgilio , sed omnem vim suam perdidisse per malam mulierem , qui lapidem illum sefellerit.

Ad S. Bibianae invenitur lapis , cui haec dicitur inscripta epigrapha. *Hic fuerunt sepulti tempore Antonini Imperatoris V. millia , ducenta & sexaginta sex millia absque parvulis & mulieribus.* Egregium argumentum , contra Dodwellum , & sequaces !

De S. Gregorio Papa refertur , cum ille instaurasset aedem S. Johannis Lateranensis ab Arrianis & aliis haereticis everfam tantum indulgentiarum illi ecclesiae concessisse , quantum guttarum pluviae per tres dies & totidem noctes è caelo cadit. Deinde autem , cum pœnitentia duceretur , quod nimis liberalis in illis erogandis fuisset , (*das er so tyff in den schein der barmherzigkeit gegriffen het*) illi Jesum apparuisse , atque acclamasse ; *Noli paenitere , Gregori , largire ultra , concedo tibi &c.*

Sed taedet pigetque affaniarum ! Si quis novam editionem libelli , cujus nunc possessor est M. R. aedis cathedralis hujus urbis Sacerdos J. Fr. Stadenius , curare velit , illi auctor sum , ut hunc illi titulum praefigat ,

PER-

PERGULA PICTORUM, VERI NI-  
HIL, OMNIA FICTA! Tu, quisquis es,  
L. B. illorum temporum infelicitatem dole,  
quibus ejusmodi glandibus pascebantur ho-  
mines, & pro luce è tam spissis tenebris  
excitata immortales immortalis Numini gra-  
tes age! T. d. H.

TIGURI Theologus Venerandus, Joh.  
Jacobus HOTTINGERUS, qui de veritate  
& ecclesia nunquam non bene mereri per-  
git, librum prelo destinavit, cujus ecce tibi  
titulum.

„Theatrum Theologico - Historicum de  
„GRATIA DEI SALUTIFERA quadripar-  
„titum. Quo post Prophetarum & Aposto-  
„lorum Doctrinam de Gratia ex S. Literis re-  
„petitam: & originem Errorum ei opposi-  
„torum ex Gentilismo & Judaismo osten-  
„sam: Fata Doctrinae de vera Gratia, ab  
„Excessu Apostolorum ad Augustini: hinc  
„ad Anti-Christi nati tempora: porro, ad  
„Ecclesiae ex Anti-Christiana Servitute Li-  
„berationem: Denique, ad nostra Tempora  
„repraesentatur: subjicitur praecipuarum dif-  
„ficultatum verae de Gratia Doctrinae quo-  
„vis tempore objectarum dilutio: Nec non  
„ejusdem doctrinae, tum ad pietatem sine-  
„re Christianam tum ad solidam in Tenta-  
„tionibus consolationem, usus efficacissi-  
„mus.

mus. Accedunt III. Dissertationes I. de  
 „Auxilio Divino homini ante Lapsu[m] ne-  
 „cessario : II. de Voluntate Dei anteceden-  
 „te, consequente : III. de Gratia distinctio-  
 „ne in sufficientem & efficacem.

---

QUAESTIO.

Quomodo Euphrates potest Ex. XXIII:  
 31. coll. cum Jos. I: 4. & locis aliis terminus  
 dici Palæstinae, cum tamen non constet  
 unquam Israelitas vere ad Euphratem do-  
 minatos esse?